

K o
2730

T

rog
qu

CC

25
P.

AP



CATALOGVS
TESTIVM
ALPHABETICVS

ex quo

*agnoscitur, qui testes plane inhabiles,
qui semitestes, qui plus quam semitestes,
et qui semitestibus fide minores
sint*

AVCTORE

CAROLO FERDINANDO
HOMMELIO
ORDINARIO LIPSIENSI.




KÖNIGLICH
UNIVERS.
ZVHALLE

VRATISLAVIAE 1780.

APVD IOANNEM FRIDERICVM KORN

IN SVA OFFICINA LIBRARIA IN FORO
MAIORI PROPE REGIVM ZOLLAMT.



CATALOGVS
TESTIVM
ALPHABETICVS.

REGVLAE GENERALES.

Praemittamus huic testium nomenclatori regulas quasdam generales brevitatis studio, ut ad has in ipso Catalogo lectorem remittere possimus, nec necessum habeamus, unam rem in singulis obvenientibus speciebus centies repetere.

REGVLA I. Nemo omnes de testium fide regulas absolute veras putet, cum secundum *L. 3. §. 1.*

A 2

et

et 2. ff. de testib. arbitrium iudicis de fide testimonium liberrimum esse debeat, adeoque ea res a sensibus, quasi unicis rerum singularium iudicibus, tota pendere videatur. MENKE *Pandect. lib. 22. tit. 5. §. 14.* Nam, cum plures de ea re habemus regulas, fieri aliter non potest, quin illae saepius inter se confligant, quae quidem plurium regularum collisio innumerabilium exceptionum mater est. Recte Hadrianus in L. 3. §. 1. et 2. ff. de test. legato provinciae rescriptit: *Tu potes magis scire, quanta fides habenda sit testibus, et Valerio Varo: Hoc ergo solum tibi rescribere possum summam: ex sententia animi tui te aestumare oportere, quid aut credas, aut parum tibi probatum opineris.* Secundum haec probo omnino regulam: Publicatis rotulis in sententia ferenda iudex, sine nimia regularum particularium scrupulositate, cuncta, quae testem vel suspectum, vel veracem arguunt, accurate consideret et, collatis inter se aliarum, in actis quae obveniunt, circumstantiarum varietatibus, ex religione sua et animi sententia statuatur, quid aut credat, aut parum sibi probatum opinetur. Nam scientia veritatum universalium certas regulas admittit

tit

tit facilius, quam scientia veritatum singularium, qualis est omnis in facto consistens historia. Adde Regulam V. et VIII.

REGVLA II. Testium quidam vel plane inhabiles vel suspecti.

Susceptorum tres ordines: quidam valde, alii mediocriter, alii leviter suspecti, unde quosdam *semitestes*, quosdam *plus quam semitestes*, alios denique *minores semitestibus*, novo vocabulo appellabimus. Sic, ne exempla defint, in consanguinitate et affinitate quo proximiores et arctiores producuntur, tanto infirmius habetur testimonium, ut in maxime conjunctis, v. c. fratribus aut patruis, potius purgatorio, quam suppletorio, locus sit. BARTH. *Hodeget. cap. i. §. 38. lit. u.*

REGVLA III. Qui cogi non possunt, ut testimonium dicant, si ultro testimonium dicere nec voluntaria excusatione uti velint, pro suis testimonium dicentes non omni exceptione majores, contra suos autem deponentes

A 3

ple-

plene probant. Adde Regulam VI.
et Regulam XI.

REGVLA IV. Qui ex lite
commodum vel minimum, qua-
lecumque demum illud sit, etiam
futuro demum tempore et per
consequentiam, sperant, sunt
testes in propria causa, adeo-
que inhabiles et plane repellendi. *L. i
§. ii. ff. quand. appelland. sit.* Ne-
que refert, an leve vel magnum com-
modum sive incommodum ad testem red-
undet. Minima scilicet affectio ad cau-
sam, immo merum interesse honoris,
existimationis, laudis aut vituperii a te-
stimonio arcet. *Cap. 4. X. de testib.* Inpri-
mis quotiescunque aliquis, dum testimo-
num perhibet, hoc ipso se exculpate vel
exonerare videatur, plane inhabilem dici-
mus. FARINACIVS *de Testib. Quaest.
60. n. 18.* Testimonium autem dicere in
causa propria, rationi et juri naturali
contrarium, immo absurdum. Adde
MEVIUM *P. 5. Dec. 65. n. 2. et 3. P. 6.
Decif. 294. n. 6. et Decif. 403. num. 3. et 5.*
Ne-

Neque in hujusmodi causis cogi quis potest, ut testimonium dicat quasi aduersus se ipsum. BERLICH, P. 2. Decis. 265.

REGVLA V. Vituperandae leges, quae homines in poenam intestabiles faciunt. Neque enim delinquentes hac poena, sed innoxii plectuntur horum testimonio usuri. Sic vidi bonos homines, cum alii testes, praeter hujusmodi intestabiles, negotio non interfuissent, causa cecidisse, atque improbo succubuisse adversario, non quod jus, sed quod probatio deerat. Ergo potius probationibus favendum, neque nimium illae in arctum cogendae. Adde Regulam I. et VIII. Placet mihi BECCARIA, qui ita scribit: Jeder nicht ganz unvernünftige Mensch, das ist, ein solcher, welcher gesunde Sinne, zusammen hängende Begriffe und menschliche Empfindungen hat, kan Zeuge seyn, er sey im übrigen Christ oder Heyde. Zu dieser Glaubwürdigkeit darf man kein ander Maas annehmen, als den Vortheil, welchen der Zeuge davon haben kan, wenn er die Wahrheit saget oder

verschweiget. Das ist das ganze Geheimniß der vielerley Regeln, welche man von Tüchtigkeit der Zeugen geschmiedet.

REGVLA VI. In causa civili non satis capio distinctionem: ut COGI possint proximi cognati testimonium dicere pro cognatis, non contra eosdem. Qui enim non potest testari contra aliquem, ille in causa civili neque testimonium pro illo dicet. *COCCII Jus Controvers. lib. 22. tit. 8. Qu. 6.* Poterit ergo frater se excusare et hac ratione testimonium detrectare: Si pro fratre dixerim, sapientissime iudex! venio in suspicionem perjurii; si contra dixerim, objurgabor ab omnibus, quasi fratrem meo testimonio prodiderim. Quid quod? meo iudicio filius aut uxor, potissimum in causa criminali, nisi contra patrem vel maritum renuant testimonium, eo ipso, se sceleratos ac nullius plane fidei esse, significant. Sed in fratribus et remotioribus alia est ratio, cum aliqua suspitione premantur tantummodo si *pro suis deponere*

nere debeant. Contra si adversarius ipse producat, nec ipsi testimonium renuant, plene probant, ut Regula XI. fusius probabit. Sic emtor non potest venditorem in re vendita testem producere contra tertium rem vindicantem. Tertius autem, si velit venditorem producere contra emtorem, nihil obest, uti responsum refert, quod inferius s. v. Venditor adscribemus. Excusare se quidem testis potest; ni autem detrectet, v. c. frater, ab adversario contra fratrem productus, plenus testis erit. Divido ergo inhabiles testes in duos ordines. Alii inhabiles sunt per se et simpliciter, alii tantum sunt relative inhabiles.

REGVLA VII. Infamia facti notatus neque jure civili neque canonico repellitur, licet forsitan ex rigidiori quorundam sententia non sit omni exceptione major. *CARPZ, P. I. Const. 16. defin. 71. num. 7. STRYCK Usus Mod. lib. 22. tit. 5. §. 2.* Vere autem infamis, h. e. infamia juris notatus, hodie nemo, nisi cui per legem provincialem expressam aut per

sententiam iniusta nota infamiae. SCHIL-
 TER *Exercitat. 10. ad Pandect. §. 35. 36.*
 GROENEWEGEN *Leg. Abrog. ad §. 2. Inst.*
de poen. temer. litig. Neque respicimus
 amplius in hac de infamia materia ad jus
 civile, sed ad mores nostros. STRYCK
Vf. Mod. lib. 22. tit. 5. §. 2. BRUNNE-
 MANNVS *ad Lib. 13. ff. de testib. num. 2.*
 BERGER *Oecon. Jur. lib. 1. tit. 2. thes. 13.*
not. 1. Itaque non eos, quibus lex Ro-
 mana, sed quibus lex recentior infamiam
 disertis verbis irrogat, infames putamus.
 Cum enim turpia, ut ex praefatione C O R-
 NELII NEPOTIS recordamur, non in
 omnibus seculis aut apud easdem gentes
 eadem habeantur, sed ex moribus cuius-
 que provinciae res tota aestumanda sit,
 jure meritoque non ex veteri Romano,
 ut diximus, sed ex jure Germanico, eo-
 que hodierno, hominum infamiam judi-
 camus, quod non tam proclive in hac
 nota inurenda, quam veteres Latii Ca-
 tones. Praestat enim nostris moribus,
 ut tritum proverbium habet, centum sce-
 leratos opinione hominum efficere hone-
 stos, quam unum honestum putare infa-
 mem. Neque proficuae, civitati leges in-
 fa-

famiam irrogantes, ut SONNENFEL-
 SIVS sapienter his verbis monuit: Die
 Strafe einer gesetzmäßigen Ehrlosigkeit
 kan mit gesunden Grundsätzen einer
 Staatsverfassung nicht bestehen, sondern
 ist dem Endzwecke der Strafe gerade zu-
 wider, da sie, an stat den Wüsthäter
 zu bessern, ihm alle Wege, jemals wieder
 ein nützlicher Bürger zu werden, und sich
 ehrbar zu nähren, abschneidet, ihn von
 dem Umgange gesitteter Menschen verban-
 net, und ihn zur Gesellschaft der Räuber ver-
 stößt. Atque ante hunc Italicus scriptor in
 libro de Delictis et Poenis, cujus verba
 germanice versa ita se habent: Es
 muß die Unehrllichkeit nicht gar zu viele
 Personen treffen, weil die Unehrllichkeit ei-
 ner großen Anzahl bald gänzlich erlöschet,
 und man hernach andere Handlungen
 nicht länger für unehrlich halten wird,
 bey welchen doch der Gesellschaft daran ge-
 legen ist, daß sie dafür gehalten werden.
 Vnde recte HORNIVS *Class. 2. Responso*
19. pag. 1219. monuit, eum, qui colle-
 gii aut honoris cujusdam non capax vi-
 deatur, non ideo statim infamem esse.
 Hoc longe certissimum, hodie non quod-
 vis

vis delictum infamiam, eam nempe, quae major dicitur, comitem habere. Nempe *famosos* discamus ab infamibus discernere. Vnumquodque crimen homines quidem *famosos*, sed non omne crimen infames efficit. Infames illi demum, qui per sententiam aut legem hominariam, nempe provincialem, tales iudicantur. *Famosi* autem sunt delinquentes non expresse in sententia aut lege pro infamibus declarati. Ipso iure Romano quidem veri infames testimonium dicere prohibentur in causa civili, *L. 3. princ. et §. 5. ff. de testib.* licet in causa criminali plane repellantur, si contra reum producantur, *Const. Crim. Carol. art. 73.* Adde quae in sequenti dicemus sub verbo *Inquisitus* et *Levis nota*.

REGVLA VIII. Cum, interrogatoriis propositis, mendacia testium facile patefiant, hodie non tanta circumspectione opus est in persona et statu testium, quanta olim. Vnde, quia reipublicae interest, verum detegi, tutius est ad-

admittere, quam repellere testem, ac in dubio plenae potius, quam suspectae fidei habere, ne facultas probandi nimium restringatur, neve omnes lites se in suppletorio finiant. (*Vide Regul. I. V. VIII. et XIV.*) Pauci hodie tam improbi, ut plane immemores esse videantur aeternae salutis. Plus enim fere nostram animam, quam amicum aut consanguineum diligimus, ut paulo melior se res nunc habeat in Germania, quam apud veteres Francos, de quibus in Additione Tertia Capitularium cap. 88. legimus: *Multi sunt, qui perjurare pro nihilo ducunt, in tantum, ut pro unius diei satietate aut pro quolibet parvo pretio conduci possint.* Adde Regulam V.

REGVLA IX. Si veritas aliter haberi nequeat, testem etiam inhabilem admitti posse, quae magni ponderis olim definitio, hodie fallit. Cum enim inter modos probandi iurisjurandi delatio in foro recepta sit, *L. 25. §. 3. ff. de prob.* nunquam evenire potest, ut veritas

ritas alio modo plane haberi nequeat. Veritatem aliter haberi non posse, non dicitur ex eo, quod alii testes non inter-
 venerint, sed si intervenire per ipsam rei
 atque negotii naturam non potuerint,
 v. c. si quid in collegio, capitulo, eremo
 aut alio loco occulto actum sit, si de
 conspiracyonibus, aut partu suppositio
 quaestio sit, etc. Alias enim nihil facilius
 esset, quam indistincte inhabiles sub hoc
 colore producere, si sufficeret producenti
 dicere: se aliis probationibus destitui.
 Itaque in tali causa Regiminis Collegio
 Detmoldensi ita respondimus: **D**ieweil
 an sich untüchtige Zeugen dadurch, daß
 die Wahrheit nicht anders zu erlangen,
 niemals tüchtig werden, und bey einem
 Zwiste unter nahen Anverwanten nicht
 darum, daß die Wahrheit schwerlich an-
 ders zu erlangen, sondern vielmehr des-
 wegen, weil in dergleichen Geschlechtsan-
 gelegenheiten die Zeugen meist mit dem
 Kläger eben so nahe, als mit dem Beklagten
 befreundet, nahe Anverwanten zugelassen
 werden; also, da einige derer Zeugen
 gegenwärtiger Sache Klägers eigne Söhne,
 der Umstand, daß sie wider einen andern
 sei-

seinen Sohn, als ihren Bruder, außsagen sollen, diese Kinder zum Zeugnisse gegen ihren Vater nicht tüchtig machet, allermassen die Verbindlichkeit, die der als Zeuge abgehörte Sohn gegen seinen Vater hat, weit größer, als die Liebe gegen seinen Bruder, welchen er nicht so, wie jenem, Gehorsam schuldig, solchemnach dieser Zeuge sich des Zeugnisses wohl entbrechen mögen.

REGVLA X. Opitulari testes dicuntur, si plane inhabiles cum habilibus consentiunt. Tunc enim demum ad minus idoneos respicimus, quando horum dicta per testes alios habiles, utut pariter quodammodo suspectos, confirmantur. HEIL *Defens. Inquis. c. 3. §. 7.* BARBSOA *Loc. Comm. s. v. Testis num. 6.* Vt enim in *Rhapsodia (Observat. X.)* diximus, duos suspectos aequiparari uni idoneo, sic quatuor plane inhabiles uni pleno testi comparaverim, nec aliter tamen, quam si uni idoneo accedant. Plane ut ferrum purum non attrahit acum, at si id magneti probe allineas et quasi tingas, acum
tra-

trahit, ita testis sua natura plane inhabilis, si ei alius testis omni exceptione major adsit, per hunc firmatur auctoritas. Eodem modo habemus etiam Documenta opitulantia, quae quidem per se nihil probant, si tamen concurrant cum aliis argumentis, plane rejicienda non sunt. *Rhapsod. Obs. CCCIII. DCXXX. DLXXVII. CCXCI.* Ita si urbium Chronica typis impressa, et scriptores historiarum veteres, tanquam documenta publica, item orationes funebres (*Leichenpredigten*), sepulcralia monumenta inducantur, solent illa quidem rejici a dicasteriis, quod non omnino probo, sed interdum pro circumstantiarum diversitate pronunciari velim: Daß Beklagter mit dem Anerkennnisse zwar zu verschonen, jedoch bleibt Klägern bey künftigen Hauptverfahren, mit Vorbehalt derer von Beklagten dawider gemachten Einreden, sich darauf zu beziehen, billig nachgelassen. Ita scripturae potissimum vetustae interdum probabilitatem faciunt, junctae cum aliis argumentis. Item si appareat, scribentem de hac controversia, cum scriberet, non cogitasse, nec cogitare potuisse. Ratio enim
qua-

quare libri mercatorum semiplene probant, eadem est praesumptio, hos probabiliter vera continere. Mense Novembri 1769. pronunciavit Facultas Lipsiensis: Und wenn schon ordentlicher Weise Briefe für denjenigen, der sie gestellet, nichts erweisen, jedoch wenn dergleichen Schriften anderen Beweisthümern beygesellet, sie durch Verbindung mit andern eine gute Hülfe abgeben, und wenigstens, weil nicht leicht ein Falsches zu vermuthen, einige Wahrscheinlichkeit erzeugen, solchemnach aber dieselben zwar an sich, und wenn sie ganz allein da stehen, verwerflich; hingegen, wenn sie neben andern zugleich mit aufgeführt werden, nicht gänzlich ausser Augen zu setzen. Similem sententiam vide in Rhapsodia nostra *Obs. CCCIII.* Sed ut a documentis ad testes adminiculantes revertar, Mense Martio 1770 ita rationes subduxi: Hierdurch aber nunmehr gedachten Klägers übrige Zeugen so viel Kraft gewinnen, daß, wenn sie auch an und für sich selbst alleine betrachtet, ganz untüchtig wären, dennoch sie nunmehr wegen solchen Zuges und Verstärkung für dergleichen nicht zu achten, wie denn auch der Vor-

B

theil,

theil, welchen Klägers Beweis- Zeugen etwa dabey haben könnten, und weswegen sie, obgedachter Maassen, an sich alleine betrachtet, unzulässig, sich dergestalt in das Kleine verlieret, daß er in der That für Nichts anzusehen, und noch weniger zu glauben, daß jemand sich wegen dessen in den Verlust der Seligkeit setzen dürfte; nicht zu gedenken, daß es gewisser Maassen einem Widerspruche gleichet, wenn man Klägers Beweis- Zeugen zu dessen Nachtheile, bey Bejahung der Frage: Ob sie selbst an der Trist einigen Antheil hätten? glauben, hingegen auf den Umstand, wenn die meisten bey dem 22sten Fragestücke: Ob sie nicht lieber sähen, wenn Kläger den Proceß gewinne? solche Frage entweder gar verneinen, oder: sie gönneten den Gewinnst demjenigen, dem das Recht solchen zusprechen würde; ihnen zu gefallen möchte gewinnen, wer da wolte; oder es sey ihnen gleichgültig, zur Antwort ertheilen, nicht die geringste Rücksicht nehmen wil, indem es sonderlich ausfällt, eben demselbigen Zeugen so wohl zu glauben, als auch nicht zu glauben. Caeterum hic omnino iungenda
Rhap-

Rhapsodiae nostrae Obs. DLXXVII. quae rem omnem fusius et accuratius exponit. Vide etiam, quae infra sub Regula XIV. proponemus.

REGVLA XI. Qui pro quibusdam nihil, ii tamen contra eosdem interdum plene probant. Inveni Consilium Appellationum Dresden-
se Anno 1756. Mense Martio in Causa der Gemeinde zu Großschepa contra Dnum de Hartitsch ita rationes subduxisse: Obwohl flagender Gemeinde dritter Zeuge, weil er diesen Proceß mit angefangen, und das Syndicat errichtet zu haben bekennet, in Ansehung besagter Gemeinde für unzulässig zu achten, jedoch aber Beklagten durch seine Aussage zu statten kommen kan. Similis obveniebat in nostro collegio Mense, Februario 1772. quaestio, eaque plane singularis, ubi universitas adversus Eccardum actionem, nescio quam, instituebat. Eccardo, a quo petebatur, injuncta erat exceptionis probatio. Is ex universitate testes probatoriales eligebat ultro se offerentes. Contra etiam ipsa univer-

B 2

fitas

fitas ex suis ad *Reprobationem* sistebat
 membra alia universitatis. Nos ita re-
 spondimus: Obwohl, da die von klagender
 Gemeinde gebrauchten Gegenbeweis-
 Zeugen um deswillen aberkant werden
 müssen, weil ihre Namen sogar im Syn-
 dicate stehen, hieraus natürlicher Weise
 zu folgen scheint, daß eben so wenig Be-
 klagten erlaubt gewesen sey, aus der näm-
 lichen Gemeinde, mit welcher er gegenwär-
 tigen Proceß führet, Personen, so glei-
 chermaassen das Syndicat errichten helfen,
 zu seinen Beweiszeugen zu erwählen, in-
 dem ein schlechterdings unzulässiger Zeuge,
 nach Maasgebung der Erläuterten Pro-
 cessordnung *tit. 22. §. 1. und L. 12. C.*
de testib. gleich vom Anfange verworfen
 werden muß, ohne abzuwarten, ob er für oder
 wider das Ganze, dessen Theil er ist, seine
 Aussage erstatten werde, mithin, wenn
 man klagender Gemeinde, die aus ihrem
 Mittel erwählte Zeugen aberkennen wil,
 kein hinreichender Grund vorhanden zu
 seyn scheint, warum man Beklagten ge-
 stattet, aus eben dieser Gemeinde Zeugen
 zu erwählen; oder aber, wenn ein solches
 Beklagten erlaubt sey, daß nunmehr
 auch

auch selbst klagender Gemeinde ein Gleiches nicht verwehret werden könne, mit vielen Scheine Rechtsens dafür gehalten werden möchte; zumal da die von beyden Theilen zugleich erwählte Zeugen gewissermaassen als gemeinschaftlich sich betrachten lassen. Dennoch aber und dieweil zwar Beklagter ebenermaassen aus klagender Gemeinde einige Personen, jedoch nicht just dieselbigen, deren klagende Gemeinde sich bedient, zum Zeugen ernennet, folglich, daß es eigentlich so genante gemeinschaftliche Zeugen wären, nicht zu behaupten; und zwar die von Beklagten selbst aus der klagenden Gemeinde erwählten Gemeinde-Glieder allerdings wider ihre Abhörung hätten Vorstellung thun, oder die klagende Gemeinde sich dawider hätte setzen können, welches aber nicht geschehen, sondern die Zeugen sich willig abhören lassen, also ein ziemlicher Unterschied sich hervor thut, ob die Gemeinde Glieder für oder wider die Gemeinde Zeugniß ablegen sollen, (vide supra Regula VI.) indem es diesfalls fast eben so, als mit denen brieflichen Urkunden und einem von einer Gemein-

meinde in Schriften ausgestellten Bekentnisse (das gewissermaassen auch als ein Zeugnis wider sich selbst zu betrachten) beschaffen ist, als welches zwar für den eigenen Schriftsteller nicht in mindesten, wider solchen aber allerdings gebrauchet werden kan; indem des Gegentheils eigenes Zugeständnis unter allen Beweismitteln soaar das kräftigste ist, folglich klagende Gemeinde die von Beklagten wider sie, ohne daß sie und die Zeugen selbst sich gereget, aufgestellten Zeugen gelten lassen muß. Hoc mihi adeo verum videtur, ut, si reus ipsum petitem testem nominet, examinandum putem. Poterit enim ille quidem se excusare, et, quare mihi jusjurandum non detulisti, ubi de calumnia prius jurare debebas? objicere; sin vero haud objiciat, sed deponere velit, credo, ipsum actorem consentiente reo testem esse posse. Nam quod in alicujus, nempe Producti, favorem introductum, non debet in ejus odium retorqueri, cum volenti injuria non fiat, et quilibet privilegio pro se introducto renunciare possit. Adde Regulam sequentem.

REGV-

REGVLA XII. Testes ipsi producenti contrarii contra ipsum plene probant, etiamsi iis alias quid opponi possit, eorum fidem infirmans. Ait enim in L. 17. C. de testibus IUSTINIANVS: *Si quis testibus usus fuerit, iidemque testes adversus eum in alia lite producantur, non licebit ei personas eorum excipere: nisi ostenderit, inimicitias inter se et illos postea emerfisse.* Convenit hoc cum edicto praetoris, ut, quod quisque juris in alterum statuit, ipse eodem utatur. An autem unus testis ad adversarium, ut ita dictum, transitorius et contrarium dicens ita contra producentem probet, ut duobus testibus ab adversario productis aequiparari possit? ambigo, immo eo inclino potius, ut pro uno tantum teste contra producentem deponente computandus, adeoque non absolute verum liquidumque videatur, quod contra producentem dixit. Conveniunt hisce, quae in *Rhapsodiae Observatione DVI.* protulimus, in qua nocere reo, si sui testes reprobatoriales actoris fundamentum corroboraverint, demonstravimus. Huic nostrae

B 4 regulae

regulae jungas antecedentem, nempe undecimam, quae majorem huic lucem accendet.

REGVLA XIII. Inter plusquam semiplenos testes et plenos testes nihil propemodum interest, adeo ut possint interdum, si alia argumenta adfuerint, pro plenis haberi. Vide Regulas I. V. et VIII.

REGVLA XIV. Plusquam semipleni quatuor magis probant, quam duo pleni. Id ex accedenti regula nec non ex Regula I. V. et VIII. apparet, nec obstant ea quae supra in Regula X. disputavimus, si quidem eo loco egimus de testibus plane inhabilibus tantum aut semiplenis, cum praesens regula de testibus plusquam semiplenis agat.

His generaliter praemissis jam ordine alphabetico testium catalogus ipse sequitur.



CATA-



CATALOGVS
T E S T I V M
ALPHABETICVS.

A.

Abdeker

vide Excoriator.

Abfällige Zeugen.

Testes ipsi producenti contrarii, si-
ve contra ipsum, qui produxit, pro
adversario deponentes, an plene pro-
bent, Regula XI. et XII. exposuit.

ACCUSATOR

vide Denuncians.

ACTVARIVS

vide Judex.

ADOPTIVI

liberi, testes plane inhabiles, *vide infra*
Parentes, Liberi.

B 5

ADVL-

ADULTERI

adulteraeve olim plane testes inhabiles, hodie non aequae, sed suspecti aliquantum. *Vide Regul. VII. et infra s. v. Inquisitus.* Immo et hoc ex superstitione juridica; quid enim corporis et sanguinis intemperantia ad faciendam fidem? Anne cholericis temperamenti, vel melancholici, vel phlegmatici testem arceas? Eadem est sanguinei ratio. Dico ergo adulterii convictos plusquam semiplene probare,

ADULTERINI LIBERI

testes omni exceptione majores. *L. 6. ff. de decurion.* *Vide infra s. v. Levis notae.*

ADVOCATVS

Hunc, patrocínio suo in causa a se gesta sine fraude deposito, non repellendum esse, immo cogi posse, quidam existimant, licet suspectum nec omni exceptione majorem esse, concedant. Sed longe rectius MENKE in *Pandect. lib. 22. tit. 5. s. 10.* MEVIUS *P. 8. Decis. 56.* STRYCK *Vj. Mod. lib. 22. tit. 5. s. 6.* FARINACIUS
de

de Testibus qu. 60. num. 155 seqq. MASCAR-
 DVS *de Probat. conclus. 66.* BRUNNEMANN
ad L. 25. ff. de testib. BERGER *Oecon Jur.*
lib. 4. tit. 24. thes. 3. in princ. et in Elect.
Disc. For. tit. 22. Obs. I. not. 7. WERNHER
P. 6. Obs. 292. LEYSER *spec. 554. Med. II.*
 repellendum et plane inhabilem putant,
 etiam finita lite, ne cogatur arcana causae
 sibi concreditae revelare, aut suam turpi-
 tudinem profiteri, quibus nos *arg. L. ult. ff.*
de testib. et Cap. ult. de testib. in 6to subscribi-
 mus. Certe causam clientis prodere, pa-
 rum a praeveraricatione abest. *L. ult. ff.*
de testib. Cap. fin. de testibus in 6to. Si enim
 pro Exprincipali dicere velint advocati, ma-
 nifesta affectionis suspicio, si contra eum,
 pudor erit, se malam causam defendisse,
 cum tamen juraverint, se non nisi bonas
 suscepturos. Hinc utrinque eos ignomi-
 nia premit; taceo nostros advocatos ut
 plurimum simul procuratores esse, quos
 constat plane inhabiles esse. In Parisiensi
 Senatu neque advocatos neque procura-
 tores cogi, immo si ultro testimonium di-
 cere velint, repelli, GREGORIUS THOLO-
 SANVS *in Syntagmate* notavit. Neque
 apud nos coguntur. RIVIN. *tit. 22.*
 Enun-

Enunciat. 24. In Projecto Codicis Fridericani Marchici pag. 270. ita scriptum: Es werden auch von Zeugnissen excludiret, wegen einer besondern zu der Sache habenden Affection, die Advocaten in denen Sachen, worinnen sie ihr Patrocinium ertheilet. Sane quae medico corporis, quae sacerdoti animi vitia, quae advocato causae arcana credita fuerint, aeterno silentii sigillo custodiantur, quam ob causam in *L. fn. ff. de testib.* diserte cavetur: *ne patroni in causa, cui patrociniū praestiterunt, testimonium dicant.* Vide plura apud CARPZOVIVM *lib. 3. tit. 9. Resp. 92. n. 21. seq. et in Process. Jur. tit. 13. Art. 5. n. 58.*

ÆTAS

vide Infantes, Impuberes, Minores, Senes.

AFFINES

primi generis (nam secundum genus in hac testimonii dicendi materia nunquam attendimus) usque ad septimum gradum jure Romano cogi non possunt, idque sine discrimine, duretne vinculum, an dis-

10-

solutum esset? arg. *L. 4. et 5. de testib.*
 RIVINVS *tit. 22. Enunciat. 19.* Est scilicet
 in affinitate eadem, quae in consanguini-
 tate, graduum differentia. Hodie
 autem ex observantia *Fac. Iurid. Lips.* vt
 inferius *f. v. Consanguinei* pluribus dice-
 mus, affines tantum in linea inaequali
 ad tertium usque gradum, computationis
 civilis, sunt suspecti, reliqui autem re-
 motiores omni exceptione majores. At-
 tamen intra ipsum hunc tertium gradum
 quidam non solum admittuntur volentes,
 sed etiam cogi possunt, si generum, so-
 cerum, socrum, nurum, vitricum, no-
 vercam et privignum exceperis, qui pla-
 ne inhabiles. *MENKE Pand. lib. 22. tit. 5.*
II. Sororis maritus et fratris uxor cogi
 nequeunt; at volentes admittuntur et semi-
 plenam fidem faciunt. *Regul. VI. et infra*
f. v. Frater. Caeteri autem usque ad ter-
 tium gradum lineae inaequalis inclusive
 sunt semi testes. Vidua quidem illata
 repetens si defuncti mariti fratres contra li-
 beros producat, plenam fidem habent,
 quoniam cum productis aequae, quam cum
 vidua conjuncti, utpote horum patrum.
 In causis matrimonialibus et dote pro-
 banda

banda etiam proximos admitti, licet non
 omni exceptione majores sint, dicimus
 inferius sub verbo *Consanguinei*. An in
 causa criminali pro reo plene probent?
 disquisivi in *Rhapsodiae Observ. CXXII.*

AGNATI

vide *Simultanee investiti et Consanguinei.*

Altwater

vide *Musjugler*

AMICI

et inimici eadem suspicio; videatur ergo
Inimicus.

AMITA

femitestis; vide *Patruus.*

ANCILLÆ

vide *Famuli*

ARBITER

qui quondam in eadem aut connexa cau-
 sa fuit, admittitur, si velit, salvis tamen
 ex-

exceptionibus contra ipsum in finali positione dicendis. Durante officio dicere testimonium, si vel maxime nolit, immo et jurare, cogitur. *CARPZOV lib. 3. tit. 9. Resp. 90. num. 14. et 15.* Sed Laudo jam prolato, et sic suo finito officio, propter affectionem ad causam arbitrum cogi non posse, ut testimonium dicat, pronuncia-
vit Curia Lipsiensis Suprema in termino crucis 1776. *Adde Judex et Commissarius.*

ARTIFICES et ARTIS PERITI

in rebus ad artem spectantibus plenam fidem habent, etiam injurati, si scilicet semel juraverint, ut medici et chirurgi; qui autem nondum jurarunt, jurare coguntur. Dico, eos plenam fidem habere; nam si in homicidio aut alio capitali delicto vita delinquentis a judicio medici unius vel chirurgi unius tota dependet, *C. C. C. art. 147. L. 6. C. de re milit.* cur non in rebus levioris momenti artis perito plenam fidem adhibeamus, atque hoc inter exempla referamus, ubi etiam unus testis plene probat?

ATHEVS

ATHEVS

vix quisquam est; adeoque supervacanea de ejus testimonio quaestio, neque enim plebeculae, quae, quoniam bruta simplicitate suos sacerdotes solos sapere putat, et alia credentes, quam ipsa credit, Aetheos prounciat, immo contemptores deorum dicit, qui diabolum negent cornua habere, huius inquam plebeculae, voces superstitiosas ridemus, memores, Lutherum et Calvinum suo tempore a vulgo et catholico clero atheos prounciatos fuisse. *Vide inferius s. v. Haereticus et Judaeus imprimis autem Rhapsodiae nostrae Observ. CCCL.*

AVDITORES

in causa doctrinae pro magistro plane inhabiles, in caeteris suspecti. *Rhapsod. Obs. DLXXVII.*

AVRITI sive DE AVDITV

in antiquis semiplene probant, in novissimis autem plane nihil, nisi cum alterius pleni testis immo et semipleni adminiculo. Vid. supra Regul, X,

Mus-

Auszügler

in causa universitatis admittitur quidem,
neque tamen omni exceptione major ha-
betur. *MEVIVS P. 2. Decis. 86. vide plu-
ra infra s. v. Universitas et Häusler.*

AVVNCVLVS

femiteftis, *vide Patruus.*

AVVS

plane inhabilis, *vide Parentes.*

B.**BANCIRVPTORES**

vide Decoctores.

BANITI

vide titulum: Excommunicati.

Beichtvater

videatur Clericus.

BIGAMI

habiles, neque tamen omni exceptione
maiores. *Vid. supra Adulteri.*

C**BLAS-**

BLASPHEMVS

si blasphemavit religionem, quam veram putat, plane inhabilis: si vero Turca, deista aut paganus irreverenter de Christo locutus sit, haec infidelitas salutem aeternam impediens non frangit fidem juridicam, v. *Haereticus* et *Rhapsod.* Observatio CCXLVI. quae tota de blasphemia agit.

BOETHI

in causa magistri semitestes. *Adde Opificium.*

C.

CANONICVS

in causa capituli, *videatur Universitas et Collegia.*

CARNIFEX

omni exceptione major. *Rhapsod. Obs. CLI.* adde supra f. v. *Excoriator* et *Levis notae macula.*

CASTRATORES SVVM

omni exceptione majores, *videatur infra: Levis notae macula.*

CEDENS

CEDENS

in causa cessa plane inhabilis. WERNHER
P. 2. p. 379. BERGER *Disc. Forens. tit. 23.*
Observ. I. not. 6. sive cessio titulo oneroso
 sive lucrativo facta sit, semper enim ei in-
 haeret affectio ad causam.

CESSIONARII

et cedentis eadem ratio, videatur ergo
Cedens.

CHIRVRGVS

videatur Medicus et Artifex.

CLERICVS

testis jurare cogitur. *Mand. d. a. 1618.*
in Cod. Aug. Tom. 1. p. 851. etiam jure
 communi, quia verba: *non tamen jurent,*
 quae sunt Irnerii in *Authent. Sed judex L.*
7. C. de episc. et cler. non inveniuntur in
 Novella 123. cap. 7 ex qua haec authentica
 promanavit. Caeterum clericus plane in-
 habilis in re sub sigillo confessionis ipsi
 concredita, adeo, vt, si ultro testimo-
 nium dixerit, hoc nullum sit et ab Actis
 removendum. *Mand. d. a. 1618. in Cod.*

Aug. Tom. 1. pag. 851. FINKELTHAVS Obseru. 94. CARPZ. Defin. Eccles. lib. 3. Defin. 25. PERTSCH vom Rechte der Beichtstühle. Vide etiam infra, f. v. Laicus. Quousque testes esse possint in causa ecclesiae suae? vide f. v. Parochus.

COECVS

omni exceptione major, si modo de visu non deponendum fit. Etiam in testamento, siquidem *Lex 9. de testam.* huic non contraria, ut ex professo demonstravit SCHOTTVS *Disp. de Coeco idoneo in testamentis teste.*

COGNATI

vid. Consanguinei et Affines.

COGNATIO SPIRITVALIS

apud Protestantes non attenditur, ergo pleni testes compatrini. Quid, ne quidem apud Catholicos repellitur pater vel filius spiritualis. Nam quilibet idoneus testis, nisi diserte prohibitus reperiatur. Atqui pater spiritualis expresse non prohibitus, ergo recipi debet.

COL.

COLLEGÆ

in causa collegii, videatur *Parochus et Universitas*. At pro collegis in causa collegæ privata an testes produci possint? late LANGLÆVS *lib. 3. Semestrium cap. 4.* disputat. Non nego, esse paulisper suspiciosum tale testimonium, imprimis si juniores contra seniores aut præsidem producantur, sed nihilominus eos omni exceptione majores puto, nisi singularis ratio, ne eis credatur, efficiat. Adde *Commilito*,

COMMILITONES

inter se plenam fidem habent, licet negandum non sit, esse aliquam amoris vel etiam metus suspensionem in eo, qui pro commilitone, imprimis centurione aut alio superiore, dicere debeat. Res se plane ita habet ut in collegis vidimus, unde etiam LANGLÆVS *Cap. 3. lib. 4.* Otii Semestris inscripsit: *Testis idoneus collega collegæ et commilito commilitoni.*

COMMISSARIJ

durante commissione cogi possunt, ut testimonium in causa dicant, et tunc jurare de-

bent, nec argumentum a iudice et scabinis derivari potest, quia hi testificantur sub juramento, quod ab initio iudicio praestiterunt, quale subire non solent commissarii. *CARPZ. lib. 3. tit. 9. Resp. 90.* Finita commissione admittuntur, si velint, nec tamen, propter affectionem ad causam iis inhaerentem, plenam fidem faciunt. Vide Regulam tertiam et titulum Judex.

COMOEDI

vide Scenicos.

COMPATRINI

vide Cognatio Spiritualis.

COMPLEX DELICTI

Hoc nomine etiam eos comprehendimus, qui ope, suasu, hortatu, indicatione, auxilove delicti occasionem praebuere, licet in ipso actu haud adfuerint. In hisce ergo aut veris complicibus aut adiutoribus distinguamus ante omnia civiles causas a criminalibus. In civili causa haec notabo: Si ei, qui iussu ingrati filii patrem

ver-

verberaverit, in querela inofficiosi a testamentario herede testimonium denunciatur; si nupta, matrimonium nullum dicens, patri testimonium denunciatur, verberibus eam impulisse et metum iniecisse; si uxor divortium petens testem producat eam, quam maritus adulterio polluisse dicatur etc. dico hos, immo omnes, qui propria facinora revelare debent, in civili causa ad testimonium cogi non posse. *Rhapsodiae Obs. DCLXXX, DCLXXXI. n. 8. et 12).* Si autem ultro velint, admittuntur quidem, sed fides vacillat, quoniam non verentur ultro sua crimina publicare. *PVFENDORF tom. 2. Obs. 19.* Scio tamen, cum marito divortium petente, ancilla, quae litteras amatorias moeche attulerat eumque in cubile adduxerat, testis contra uxorem produceretur, conspirantibus aliis indiciis plenam testem visam fuisse, etsi uxor testem lenocinii inculparet, cum ipsa interrogata respondisset: se pulcherrima dona pro opera sua a moeche accepisse. Nam cum ad denunciandum nemo cogatur, atque ancilla, si haec voluisset revelare, marito infustum matrimonium effecisset,

praeterea sub herae potestate fuerit, ubi excusatus peccatur, *Rhapsod. Observat. DLXXV.* nec dona accipere sit vetitum, reticuisse potius visa est, quam crimini operam praestitisse. Neque in civili causa respicimus, an poenam meruerit ancilla, sed an probabiliter verum dictura sit? Plerumque tamen iis tantum semiplena fides tribui solet, (*Rhapsod. Obs. CLXI.*) vid. etiam infra f. v. *Turpitude.* Nunc deveniamus ad criminales causas. Complex delicti unus contra alterum complicem testis plane inhabilis. Ille potissimum, qui dum testimonium perhibet, eo ipso se exonerare vel exculpate studet, plane non audiendus, ut latius deduximus in *Rhapsod. Obs. DLXXXIII.* si plures vero complices conspirent, etiam ad torturam gravare possunt. (*Rhapsod. Observat. CCCCLXIII.*) Proficuum tamen et salutare complici testimonium alterius complice, si non contra, sed pro complice dicat, v. c. se caedem perpetrasse, non socium, ut sic omnem culpam in se recipiat, quo casu plene complex pro complice probat.

COMPRIVIGNI

Cum inter eos nulla affinitas, habiles quidem, sed quoniam in una domo ut plurimum continentur et arcta inter eos familiaritas intercedit, non sunt omni exceptione majores.

CONCVBINÆ

in causa concubinariï sui, sunt testes fero inhabiles. Non enim differt concubina affectu animi ab uxore, sed tantum honore. In causa tertii autem amatorem suum haud concernente aliquantulum suspectae videri poterant, attamen secundum regulam V. VII. VIII. plerumque omni exceptione majores habentur. Sane concubina minus peccat, quam meretrix, ergo rectae rationi haud convenit, illam hac turpiorem putare, aut gravius punire quam prostibula.

CONDISCIPVLVS

Licet in contubernio scholastico arctissimum conciliandae amicitiae vinculum contineatur, tamen puto hanc amicitiam non talem esse, ut propterea testimonium

infirmetur. Tractat hoc argumentum copiose LANGLAEVS *lib. 3. Otii Semestr. cap. 4.* Adde etiam supra f. v. *Commilito.*

CONDUCTOR

in causa, quae rem conductam non afficit, pro locatore et contra eum, testis omni exceptione major, quicquid nimis meticolose BERGER in *Oeconomia Juris* contra disputet. Si tamen, vendito piaedio, denunciatur a venditore, contractum dissolvi cupiente, conductori testimonium, nec locationis tempus finitum sit, repellendus a testimonio, ob metum migrationis conductori ingratae, secundum illud: *emtio conductionem tollit. Vide supra Regulam IV.*

CONFESSIONARIUS

vide Clericus.

CONIVGES

nunquam admittendi, sive pro sive contra se testimonium dicere velint, nec cogi possunt, ut fusius in *Rhapsod. Observ. LXXVI.* demonstratum, ubi etiam de
sepa-

separatis a thoro et mensa. *Vide etiam infra s. v. Sponsa.*

CONSANGVINEI

jure Romano usque ad septimum gradum inclusive cogi non possunt, MENKE *Pandect. lib. 22. tit. 5. §. 17.* ergo, ut Regula III. habet superius adducta, ad septimum usque gradum cogi non poterant, neque erant omni exceptione majores jure veteri, quod etiam patet ex *I. P. S. lib. 1. art. 3.* Adde *§. 5. Instit. de success. cognat. I. F. 8. §. 1. I. F. 1. §. 3.* RIVINVS *tit. 22. Enunc. 17.* WERNHER *P. 8. Obs. 385.* Quamobrem BARBOSA in locis communibus *s. v. Testes* hanc regulam tradit. Quousque matrimonium prohibitum, eousque inuiti testimonium dicere non compelluntur. Sed nostris moribus jam consobrini plenam fidem merentur et omni exceptione majores reputantur: Itaque regulam malim hanc formare: *Quae personae inter se incestum juris gentium committunt, earum quaedam plane inhabiles, quaedam saltem non sunt omni exceptione majores; reliqui omnes pleni testes.* Quo posito, porro colligimus: usque ad quartum gradum

dum (neque tamen canonicae sed civilis computationis consanguineos et affines), nam eadem est affinitatis quae consanguinitatis ratio, usque ad quartum inquam gradum exclusivae, computationis nempe non canonicae sed civilis, testes invitos ad dicendum testimonium non compelli, fratrum autem liberos a fratris filio productos, et qui remotiores sunt, hodie omnino cogi. Neque tantum ad nostros Saxones, verum etiam ad Extraneos Facultas Lipsiensis ita saepius respondit, ex rationibus Regulae VIII. allatis. Ad probandam dotem autem et in causis matrimonialibus etiam proximi consanguinei, adeoque multo magis affines admittuntur, licet non semper omni exceptione majores sint. MEVIVS ad *Jus Lub.* P. I. tit. 3. art. 12. num. 1. LYNKER *Elect.* 1354. MENKENII *Proceff.* tit. 43. thes. 9. Attamen si utrique, nempe actori et reo, pari necessitudine juncti sint, plene probant, atque tunc etiam cogi possunt. LEYSER *Spec.* 283. med. 27. MARTINI *Proc.* tit. 20. §. 2. num. 139. An consanguinei pro suis in judicio Criminali plene probent? dictum in *Rhapsod. Obs.* CXXII.

CON-

CONSANGVINEI Fratres

vide *Fratres*.

CONSILLARIVS

in causa principis cogi non potest. Si velit, admittitur, vt semitestis. Videatur Subditus et Famulus et *Rhaps. Obs. LVI.*

CONSOBRINI

pleni testes et omni exceptione maiores. Vid. *Consanguinei*.

CONSORTES Litis

admitti possunt pro confortibus litis caeteris, in puncto incidente; non autem si commune commodum ex testimonio redundat; alias plane repellendi *vid. Regul. IV.* Sed et priori in casu non sunt omni exceptione maiores, WERNHER *P. I. Obs. 148.* BERGER *Disc. Forens. tit. 22. Obs. 1. not. 6.* Adde Vniversitas.

CONTRADICENTES

sibi. De his diximus in *Rhapsodia Obs. CCLIX*, quae inscribitur: *In variationibus et contradictionibus tam delinquentium quam testium*

testium non omnia nimis rigide ad vivum rescanda. De eo casu, si actor et reus testes numero pares habeant, eadem Rhapsodia nostra Obs. CCCCII. exitum monstrabit.

CONTRARIII

Ipsi producenti contrarii testes (etiam alias plane inhabiles) intuitu hujus producentis habiles sunt et plene probant. (*Regul. XII.*)

CORREVS

sive promittendi sive stipulandi, testis in hoc debito non admittendus et plane inhabilis. CARPZOV. *lib. 3. tit. 9. Resp. 88.* Adde etiam *Complex et Consortes litis*, imprimis vero Regulam superiorem IV.

CORRVPTI

testimonium nullum *L. 3. ff. de testib.* Non solum autem pecunia, sed etiam spes honoris vel amicitiae suspectos reddit (*Regul. IV.*) Notum illud OVIDII:

Non bene corrupti vendunt perjuriam testes.

Itaque qui promissione rei alicujus ad testimonium dicendum testem allegerit, et si non causam propter hoc scelus plane perdat,

dat, tamen hoc teste uti prohibetur.

PVFFENDORF *tom. I. Obs. 199.*

CREDENS TESTIS

vid. Dubitans.

CREDITOR

In lite cum tertio incidenter articulum quidam talem formaverat: Se Cajo centum debere. Hunc Cajum creditorem testem producebat. In ea causa secutus sumus MENKENIVM, qui in Pandectis ita scribit: Habilis est testis creditor v. c. si de pignore lis sit cum alio *arg. L. 4. §. I. ff. de appell.* et creditorem negotium nullo modo tangat, et e contrario debitor in causa creditoris *arg. L. I. §. I. ff. de testib.* Neque est tamen in causa tertii omni exceptione major, concurrente illius affectu ex sententia quorundam doctorum. MARTINI *ad Proc. tit. 20. §. 2. num. 302.* non ex sententia mea. Plura infra s. v. *Debitor.*

CRIMEN

vid. Inquisitus.

CV.

CVRATOR AETATIS
videatur Tutor.

CVRATOR SEXVS

durante curatela in rebus, quibus ipse curator interfuit, testis est in propria causa, adeoque plane repellendus. *L. 10. C. de testib.* CARPZOV *Proc. tit. 13. art. 5. num. 34. et lib. 3. Resp. 91. n. 9.* BERGER *Oecon. Jur. lib. 4. tit. 24. th. 3. not. 7.* ZIPFEL von Wechselbriefen, p. 468. Sed et posita curatela inhabilis est in causis, quibus tanquam curator intervenit. (*Regul. IV.*) Ita mense Septembri 1767. Facultas Juridica Lipsiensis Praefecto Libenwerdensi rescripsit: Im übrigen ist der sechste Beweiszeuge, da er als Beklagter Curator gewissermaassen selbst mit Klärgern den streitigen Kauf geschlossen, und fol. 11. so gar im gegenwärtigen Processe vor diesen Gerichten in solcher Qualität ihr anfangs beygestanden, ohnerachtet sie nachher ihn dieser Vormundschaft entlassen, zum Zeugnis unzulässig. In aliis autem rebus ad curatela non spectantibus, etiam durante curatela admittitur, neque tamen

tamen omni est exceptione major, quia vix alius curator eligitur nisi amicissimus, quem donis etiam et epulis mulieres, fortasse et osculis, quotidie sibi magis magisque devinciunt. BERLICH *P. 2. Decis. 266. num. 11. sq.* Certe durante tutela cogi non potest. Si quis tamen in causa, ubi nullum consilium curator dedit, eum, finita tutela, omni exceptione majorem judicaverit, ei Regula I. et VIII. et XI. excusationem praebuerit. Videatur etiam infra *l. v. Pupillus.*

D.

DEBITOR

in causa creditoris sui cum tertio est paulo plus quam semitestis, neque tamen classicus, MENKE *Pand. lib. 22. tit. 5. §. 9. in fine*, propterea, quod Germanico proverbio Borchart Lehnarts Knecht vocatur. Consentit CARPZ. *P. I. Const. 16. Def. 67. et in Proc. Jur. tit. 12. art. 5. n. 91.* Ego vero hanc necessitudinem insuper habendam puto, propter regulam superiorem VIII. In causa fidejussoris immo et expromissoris de debito suo pla-

D

ne

ne inhabilis testis debitor, propter interesse honoris et causae affectionem. Videatur infra *Donator* et supra *Creditor*, nec non sublequens rubrica *Debitor communis*.

Debitor communis

Solent interdum curatores litis in concursu contra creditores ipsum debitorem communem testem producere. Is plane inadmissibilis, quia pro augenda massa laborabit, contra massam autem puto falsis exceptionibus admittendum. Quid dicamus de debitoris communis uxore, si testimonium ei deferatur? Respondeo, hanc non solum contra hypothecarios anteriores aut potiores creditores plane inhabilem esse, sed etiam si contra chirographarios producat. Nam si ipsum debitorem pro augenda massa testem producere non licet, sane nec ejus uxorem, ut sub verbo *Conjuges* demonstravimus. Easdem ob rationes debitori communi iurandum deferri non potest. *Rhapsod. Observ. DXXXVIII.* De ipso debitore communi Facultas Lipsiensis mercatori Danciscano mense Junio 1772. ita respondit:

dit: Obwohl, daß ein gemeiner Schuldner, zumal wenn wider ihn als einen boshaften Verschwender die Untersuchung angestellt worden, bey seinem Creditwesen kein Zeugnis abzulegen im Stande sey, um deswillen behauptet werden möchte, weil verächtliche Leute, und welche einer Uebelthat vor Gerichte überwiesen, zum Zeugnisse zu lassen bedenklich: Dennoch aber und dieweil eines gemeinen Schuldners Zeugnis, in dem Falle, wenn solches zu Mehrung der Concurſ-Masse nicht ausschläget, so schlechterdings und ohne Ausnahme nicht zu verwerfen, und im gegenwärtigen Falle besonders der Umstand *ic. Nuperius cum Comitibus cuiusdam obaerati rhedarius (Leibkutscher) vestitum coloratum comitiorem (eine Staatsliverey) insuperque par ocrearum in concursu liquidaret; quas res sibi promissas annuatim nec tamen praestitas asserebat, jubereturque hoc demonstrare, ipsius obaerati Comitibus verum hoc affirmantis testimonio etiam injurato, in tam exigua et favorabili mercedis causa, fidem adhibuimus. Vide etiam sequentem rubricam Decoitores:*

DECOCTORES

malitiosi in causa tertii plane inhabiles. *Banquerout Mandat* §. 10 und 12. Qui autem infortunati bonis cessere, habiles quidem, ut tamen iudicis arbitrio relinquatur, utrum plenam iis fidem tribuere velit? *MENKE Pand. lib. 3. tit. 2. §. 7. lit. c.* Vide infra s. v. *Prodigus* et antecedentem titulum: *Debitor communis.*

DECREPITI

vide *Senes.*

DEISTA

vide *Haereticus* et *Atheus.*

DELATOR

vide *Denunciants.*

DELINQVENS

vid. *Inquisitus* et *Transigens.*

DENUNCIANS

plane inhabilis testis in causa criminali, quam ipse suscitavit, *BOEHMER, J. E. P. tom. 1. lib. 2. tit. 20. §. 18.* nisi leges id
disere

diserte permittant, uti in furto et injuriis. Sed hoc posterius valde singulare est, nec ad exemplum trahi debet. Certe quilibet denunciatus denunciatus inimicus (*Rhapsod. Obs. DCLXXI.*) et eo ipso homo invisus, quod cum ipse laesus non fuerit, sponte delatoris invidiosum munus susceperit, ut GRANZIVS *de Defensione reor. cap. 5. membr. 2. sect. 3. art. 5. pag. 593.* annotat. Si non probaverit, etiam expensae inquisitionis in eum redundant, ergo sua interest reum condemnari, aut saltem suspectum fieri, ne ipse in suspicionem calumniatoris incidat. Denunciatio in locum accusationis successit. Quis vero accusatorem inter testes esse patiat? Adde infra l. v. *Inimicus, imprimis autem Rhapsod. Obs. DCLXXI. num. 13. et num. 20.*

DISCIPVLI

in causa doctrinae pro magistro plane inhabiles, ut in *Rhapsodia Obs. DLXXVIII. nom. 20.* cupiose et ex professo demonstravi.

DOCTORES

in causa Academiae, videatur *Vniversitas*.

DOMESTICI

vid. *Famulus*.

DOMINVS JURISDICTIONALIS

vid. *Gerichtsherr*.

DONATOR

etiam si nullam evictionem praestet, tamen plane inhabilis ob interesse honoris. *MENKE Pand. lib. 22, tit. 5. §. 10. et Regula superior IV.*

DVBITANS

De eó agit *Rhapsod. Obs. DCXVI.* Item nihil agit testis, si nihil dicat amplius, quam se credere. *Rhapsod. Obs. DCLXXXI. num. 14. et DCXVI. num. 7.*

E.

EBRIOSVS

semitestis; neque tamen talis putandus, nisi qui singulis circiter mensibus semel aut bis se plenissime inebriat.

EGENI

EGENI

videatur Inops.

EMANCIPATI

et separati liberi plane inhabiles, vid. Liberi.

EVICTIO

vid. Donator.

EXCOMMUNICATVS

est testis omni exceptione major, neque enim Protestantes excommunicationem magni faciunt, immo improbant. ENGAV *Elem. Jur. Can. lib. 3, tit 14. §. 115.* WERNHER *Princ. Jur. Eccles. cap. 6. §. 19. 20. 23. seq.* Si autem crimen, propter quod excommunicatus fuerit, magnum et verum sit, non excommunicatio, sed delictum, ejus fidem infirmabit.

EXCORIATORES

omni exceptione majores, ut f. v. Levis notae exponemus, et jam patet ex regula superiore VIII. Vnius excorioris juratum testimonium, equum vel aliud animal

mal letali morbo periisse, plene probat;
ut supra *sub tit. Artifices* posuimus.

EXERCITOR

vide *Kaufmansdiener et Institor*,

F.

FACTOR

vide *Kaufmansdiener et Institor*,

FALLITVS

vide *Decoctor*.

FALSARIVS

Hic minor, quam *semitestis*.

FAMILIARIS

vide *Famuli et Amicus*,

FAMVLI

non omni exceptione maiores, immo
quondam inhabiles. *L. 25. §. 2. ff. de aedi-
lit. edict. L. 24. ff. de testib. L. 3. C. eodem*,
ubi Imperatores: *Jure civili etiam dome-
stici testimonii fides improbat.* **Consentit**

LEY-

LEYSER *Spec. 283. med. 13.* PISTORIVS
in Paroemia: Wessen Brod ich esse, dessen
 Lied ich singe, unde in oratione pro Ro-
 scio testem ex domo producentis exeun-
 tem, mutum CICERO dicit. Metuendum
 iis, ne durius habeantur, ne dona consueta
 minuantur; ut arctam inter herum cum
 servis et matronarum cum ancillis neces-
 situdinem, immo familiaritatem, tacea-
 mus. Neque tamen hodie, qui in mi-
 nisterio sunt, ut quondam jure civili, pla-
 ne inhabiles. Sic enim peculiare in Sa-
 xonia Rescriptum *die 12. Nov. 1755.* emis-
 sum Curiae Supremae Lipsiensi praecepit,
 ut admitteret domesticos, nisi contrarium
 gravis perfidiae suspicio suadeat, neque ta-
 men haberentur omni exceptione majores.
 Ex mea sententia plus quidem domestici
 quam semiplene probant, nec tamen pe-
 nitus plene, ut fusius in *Rhapsodia Obs.*
LVI. demonstravi. Caeterum cujus in
 aliquas septimanas operae conducuntur,
 qualis v. c. mercenarius, ein Tagelöhner,
 non adeo patrifamilias amicus, quam qui
 in domo commorans salarium annuum ac-
 cipit. Ergo tales temporarii omni ex-

ceptione majores. De ministris mercatorum vide Kaufmansdiener.

FATVVS

vide Furiosus.

FIDEIVSSOR

testis plane inhabilis in debiti causa sui principalis.

FILIVS

vide Liberi.

FOCARIA

vide Concubina.

FOENERATORES

h. e. ob usurariam pravitatem condemnati, plane intestabiles *Mand. Sax. d. a. 1625. in Cod. Aug. tom. 1. pag. 1123.* Accusati autem non aequae, ut in Rhapsodia Obs. DCIII. demonstravi, quae tota agit de improbi foeneris poena.

FRATRES

Sororesve cogi non possunt, si pro siue contra se invicem dicturi sint, *vide anteced.*

ced. Regulam VI. et XI. MENKE Pand. lib. 22. tit. 5. §. 17. COCCEJI Jus controv. lib. 22. tit. 5. qu. 6. Admittuntur tamen. si velint. Vide Regulam VI. Tunc autem pro fratribus sororibusve dicturi, putantur minores semitestibus. MENKE Pand. lib. 22. tit. 5. §. 11. Si autem vidua illata repetens contra liberos producat suum fratrem, aut sororem, plene probant, quoniam productorum sunt patruum, adeoque utrinque consanguinitas. Vide infra s. v. Parentes. Caeterum inter germanos, consanguineos et uterinos hic non distinguitur. RIVIN. tit. 22. Enunc. 17. Plura vide supra s. v. Consanguinei.

FVNAMBVLVS

v. Scenici.

FVRIOSVS

tempore dilucidi intervalli in testamento, ubi nempe praeter eum plures testes adfunt, omni exceptione major. *L. 20. §. 4. ff. qui testam. fac. poss.* At quoniam a testamentariis testibus ad caeteros, uti s. v. *Haereticus* et s. v. *Prodigus* dicemus, argumentum haud procedit, furiosus in
ju-

judiciis et extra casum testamenti Germaniae moribus vix semitestis est, quoniam semper dubium, an eo tempore, quo vidit vel audivit, deinde etiam, quo testimonium dicit, tempore, in dilucido intervallo versatus sit? Ad defensionem autem inquisiti etiam furiosus plene probat, ut MASCARVVS in libro de Probationibus docuit.

FVRTVM PASSVS

de eo vide nostram Rhapsodiam Observat, CCLXXIX.

FVSTIGATI

ob crimen non plane repellendi, sed suspecti tamen. Vid. *Inquisitus*.

G.

Gärtner

vide Häusler.

GENERI

et foci eadem ratio, sive duret vinculum sive ruptum sit. Vide igitur titulum *Socer*.

Gerichtsz:

Gerichtsherr

Si corameo partes transfegerint, aut emtio coram eo vel aliud negotium celebratum sit, ejus attestatum probare injuratum, existimat BERGER *Summ. Provoc. Senat. Decis.* 352. Ego juramentum ei injunxerim, quia ad acta non juravit. Adde infra *Judex, Arbitr.*

Gerichtsverwalter

in puncto laudemii, quod dominus petit aut aliis actibus, quos dominus jurisdictionis per ipsum petit, testis plane inhabilis, non solum quoniam sportularum in eo et laudemii minoris cupiditas, verum etiam quia turbationis minister interdum et auctor est. *Add. Justitarius et Officialis.*

GERMANI

vide Fratres.

Gesellen

vide Opifices et Boethus.

Gevat:

Gevatterii

vide Cognatio spiritualis:

GRÆCVS

vide Haeretici:

H.

HÆRETICI

et Infideles, quoniam orthodoxorum invidia infames judicabantur, jure civili non erant omni exceptione majores; conclusione, si diis placet, sapienter ita subducta: Quia sunt infideles, h. e. quoniam non habent fidem salvificam, ergo neque habent fidem juridicam, quam regulam in *Cap. i. X. de haeret.* proposuit Pontifex. Nonne vero experientia docuit, Menonistis, Deistis et Turcis, heu pudor! plus credi in vita quotidiana, quam Christianis vel maxime orthodoxis? Nempe omnium seculorum historia loquitur, Mahometanos nunquam fregisse foedera aut inducias, ut etiam mercatores, qui cum eis negotia instituunt, asseverare non dubitent, fidei et honestatis iis plus inesse, quam plerisque Christianis. Sic ergo nobis Lu-
the-

theranis, secundum hanc doctrinam, fides in Hispania atque Italia nulla tribuenda. Merebimur hanc ignominiam, si nos quoque eandem in tenuiores sectas iniquitatem statuamus, ac plane immemores praecepti sumus optimi doctoris: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Sed haeretici hanc Christi regulam ignorant. Ridiculus inprimis *Canon 26. Caus. 2. Quaest. 7.* qui testimonio haeretici pro orthodoxo plenam, contra eum vero nullam fidem tribuendam dicitur. Sic unus homo et veridicus et mendax, uti ecclesiae placet. Quanto aequanimiores majores nostri veteres Saxones, qui, cum ob jura canonum non poterant duorum Iudaeorum testimonium plenum putare, ne de hac inaequalitate Iudaei conqueri possent, vicissim posuerunt, ne duo Christiani Iudaeum convincerent. Quae verba articuli finalis Weichbildi adeo in admirationem me rapuerunt, ut mihi temperare non possim, quin huc transcribam: Die Juden überzeugen den Christen mit zweyen Juden und einem Christen: Beklagt ein Christ einen Juden um Schuld, er soll ihn überzeugen auch selb dritt, mit zweyen Christi-

Christen und einem Juden. Recte vero tandem aliquando forum has ex improba invidia ortas iniquitates excussit, ita ut in Germania Catholici judiciario testimonio contra Protestantes, et vice versa, ob Pacem Westphalicam plena fides habeatur, quid quod et Graecae religioni addictis, immo Infidelibus. (*Vide supra Regulam V. VII. et VIII.*) Exceptis solis Iudaeis, quorum contra Christianum non aliter fides est, quam si Iudaeo unus adhuc Christianus jungatur. Neque tamen tunc plena est probatio, quoniam Iudaeus ob locum Weichbildi *art. fin.* contra Christianum tantummodo semitestis est. Si vero duo Iudaei et unus Christianus affirment, producens plene probavit. Quodsi inter mere haereticos lis ventiletur, multo minus dubitandum, quin v. c. Iudaeus contra Iudaeum valide testetur, quoniam etiam in privilegiis odiosis regula valet: privilegiatum contra aequè privilegiatum non uti suo privilegio. Si BOEHMERO fides, cur autem non sit tanto viro? Iudaei hodie testes plane habiles. *Jus Eccles. Protest. tom. I. lib. 2. tit. 20. §. 3. pag. 1199.* Soli orthodoxo credendum esse, regula
 infi-

inspidissima et interrogatorium ineptis-
 simum, si testis, ad imminuendam ejus
 fidem interrogatur: anne nuperius sacra
 coena usus sit et sacramentis diligenter
 utatur. *Rhapsod. Obs. DCLXXXI. num.*
12. Itaque tale interrogatorium ex offi-
 cio rejiciendum. Anne, qui sedulo sacra
 coena utitur, ideo verax? Experientia
 fere contrarium probat, cum saepissime
 pravi homines et hypocritae suas frau-
 des hoc pallio obtegant. Non, quia
 quis Christianus, ideo etiam vir bonus.
 Nihil ergo religio ad testimonium, nihil
 ad conciliandam fidem. *Rhapsod. Obs.*
DLXXXII. Recte ZIMMERMANNVS:
 Wer sich einbildet, daß man kein recht-
 schafner Mann seyn könne, wenn man
 nicht alles glaubt, was er glaubet, erklä-
 ret sich dadurch für einen Feind des grös-
 ten Theils aller Menschen, die auf Erden
 leben. Concesserim quidem, haeretici fi-
 dem posse vacillare, si in causis religionis
 testimonium dicere deberet, (*Rhapsod. Obs.*
DLXXVII. num. 20.) sed cur in civili
 causa ejus testimonium vacillet, inexpli-
 cabile. IO. SAM. STRYKIVS in *Disp. de In-*
terrogat. inept. §. 46. agitur, inquit, in judicio

E

de

de probatione facti, quod videre pōtuit aequae haereticus, quam orthodoxus, si oculos modo habeat. Religio, cui ad dictus testis est, nihil facit ad veritatem testimonii. Potest quis erroneam fovere sententiam de mysteriis divinis et tamen veritatem dicere, et orthodoxus mentiri. Vitium intellectus non infert vitium voluntati. Haec Jureconsultus ille post Brunnemannum, ut historia litteraria docet, prae caeteris religiosus, qui laudatam disputationem his verbis claudit: *Faxit divinum numen, ut Judicia nostra purgentur a superstitione et suis vitiis, ut quae, ob papistiticas reliquias, speluncae latronum non raro fuerunt, tandem veritatis, justitiae et rectae rationis theatra meliori jure vocentur.* Novi ego quendam advocatum, semper (ut ex actis non sine indignatione animadverti) hoc interrogatorio uti solitum, licet ipse per tria lustra non esuriisset spiritualiter, non sitiisset, ut a confessionario, longae intercapedinis pertaeso, saepe admonitus. Nos in *Rhapsodia Observat. DCLXXXI.* risimus interrogatorium: Ob Zeuge fleißig zum heiligen Abendmal gehe? Adde, quae inferius f. v. *Iudaeus* et verbo
Zin-

Zinzendorffianus annotata, atque superior sub verbo *Atheus*. Attamen in testamento ob peculiare quaedam rationes illi, quos princeps haereticos solenniter declaravit, testes parum idonei. Notabimus vero hic generaliter, non semper a testamentariis testibus ad illos, qui contractibus interveniunt, argumentum commode duci, uti apparet ex iis, quae s. v. *Prodigus* exposita sunt.

Handelsdiener

vide Kaufmansdiener.

Handwerker

vide Opifices.

Häusler

si jumenta non alant, sunt omni exceptione majores in lite universitatis de jure pascendi. In caeteris universitatis litibus non aequae. Vid. *Univerfitas*.

Herrenhuther

vide Zinzendorffiani.

HISTRIO

vid. Scenici.

I.

IMPUBERES

in causa criminali admittuntur, si velint, modo annum decimum cum dimidio egressi fuerint, tunc enim eos dicimus pubertati proximos. Cogi tamen impuberes nequeunt. MENKE *Pandect. lib. 22. tit. 5. §. 6.* STRYCK *Vj! Modern. tit. de testib. §. 4.* Cum autem nullo sacramento adstringi possint ante adeptam pubertatem, *Auth. Sacramenta Puberum, item O. P. Recogn. ad tit. 18. §. 4. et infra §. v. Puberes:* facile patet, quantum illorum testimoniotribuendum sit? Nempe adminiculantur paululum caeteris testibus, soli nihil omnino probant. *L. 3. §. 5. ff. de testib. COCCEJI Ius contrvers. lib. 22. tit. 5. quæst. 1.* faciuntque saltim leve indicium ad inquirendum, non ad torturam, non ad condemnationem. *Rhapsod. Observ. LXXXI. BERGER Elect. Crim. P. 1. Obs. 47. et P. 2. Obs. 175.* Vide infra *§. v. Infantes §. v. Puberes §. v. Minores et Rhapsodiam nostram Obs. CCV.* Ad defensionem rei autem

autem pubertati proximi semper admittuntur. BARTH *Hodeget. pag. 942.* In causa civili plane sunt inhabiles. BERGER *Oecon. Iur. lib. 4. tit. 24. th. 3. not. 3.* STRAVCHII *Diff. Iustin. 25. th. 13.* At vero in causa criminali, qui annos XVIII. natus sit, plenam fidem facere, si non de condemnando, sed etiam satis gravando reo agatur, dicemus infra f. v. *Puberes*, et jam diximus in *Rhapsodia Obs. LXXXI.* Caeterum adde locum *Infantes et Minores.*

INCESTVOSI

liberi omni exceptione majores, vid. *Liberi.*

INFAMES

De his vide Regulam VII. et infra f. v. *Inquisitus*, item *Levis notae.*

INFANTES

in civili pariter atque criminali causa plane inhabiles, immo infantiae proximi eodem modo arcendi. *Arg. f. 9. Inst. de inutilib. stipul.* Dicitur autem infantiae proximus, qui decimum cum dimidio

annum excessit, neque tamen pubes est. Hic jure Romano plane repellitur in causa criminali. *L. 2. L. 3. §. 8. ff. de testib.* Sed et in civili est exigua hujus ac fere nulla auctoritas, quoniam jurejurando adstringi impuberes nequeunt, sine quo nulla testi fides. Admittuntur tamen, si velint, atque tunc opitulantur aliquantulum, si accedant testi omni, exceptione majori; nolentes cogi nequeunt. Caeterum in hac de testimonio dicendo materia, nec inter foeminas et masculos, nec inter plenam et minus plenam pubertatem distinguimus, sed omnes nondum XVIII. annum supergressi impuberes putantur. Pubes factus vix eas probat res, quas in infantia atque ea aetate, qua nondum pubertati erat proximus, vidit. LEYSER *sp. 283. Med. 4.* REIGER *Thef. Jur. f. v. Testes n. 12.* Quas autem vidit, postquam pubertati proximus evasit, attestari potest; neque tamen ejus testimonium omni exceptione majus, quod ex eo intelligitur, quod impubes cogi nequit. *L. 19. pr. et §. 1. ff. de testib. cui jungas nostram Regulam III.* In causa criminali, si atrocissimum delictum sit, (quale non putatur ad-
ulte-

ulterium aut aliud carnis delictum) admittimus etiam testem quatuordecim annorum, five mas sit five foemina, si jurare velit. *Arg. Can. 16. caus. 22. quaest. 5. L. 26. ff. de jurejurand. Rhaps. nostra Obs. LXXXI.* Sed ne, quidem in criminali causa cogi potest. *MENKE Pand. lib. 22. tit. 5. §. 6.* unde tales XIV. annorum testes in criminali non minus, quam civili causa, omni exceptione majores sunt. *LEYSER spec. 283. Medit. 4.* Pro reo autem jurati plene probant. *Rhapsodia nostra Obs. CXXII et infra §. v. Minores et Puberes.*

INFIDELES

vid. Haeretici.

INIMICITIA

capitalis, si non plane nullum, tamen minorem semiteste facit. Nam adversariis qualibet ratione homines cum nocent, hoc se jure facere existimant, forte quia ab aliis pariter injuria laesi sunt. Quandoque

— — manet alta mente repositum
Judicium Paridis, spretaeque injuria
formae.

Leves inimicitiae paululum saltem, nunquam autem plane suspectum testem faciunt. *Novell. 90. cap. 7.* Id omne ex Regula I. et VIII. aestumandum; immo rarius vel amicitiae vel inimicitiae, quae haud capitales, in foro attenduntur. LEYSER *spec. 283. Med. 24. et 25.* In causa criminali autem etiam levis cum reo amicitia suspectum testem facit. (*Rhaps. Obs. DCLXXI. n. 13.*) Vnde denunciatus non debebat admitti ad suae denunciationis juratam assertionem. Etenim quis denunciatus et accusator accusati hostis praesumitur, alias enim non accusasset, ut supra s. v. *Denunciatus* jam indicavimus. Idem dicendum de Amicitia. Nam amicitia et familiaritas cum eo, pro quo testimonium dicere debet, testem non repellit, licet paulisper, non multum tamen, fidem minuatur. BRVNEMANN *ad L. 3. ff. de testib.* Nimum tamen BACHOVIVS *ad Treutlerum* dixisse videtur: non aliam inter producentem atque testem necessitudinem excusare, quam qualis inter Theseum et Pirithoum, Pyladen et Orestem, Damonem et Pythiam intercesserit. Nam etiam non adeo fabulosa familiaritas verum dicendi ardorem

im-

impedit *Can. 12. caus. 3. quæst. 5.* Elegantiſſima de inimicitia capitali *LANGLAEBI diſputatio lib. 3. Otii Semestr. cap. 5.* proſtat, in qua, quomodo ab odio et ſimultate inimicitia differat? ſubtiliter diſquir. Amicitiae autem tantus fervor in nemine, ut plane inhabilem faciat teſtem, ſed Inimicitia et vindictæ ſtudio etiam plane inhabilem, ſi capitalis ſit. Nam gratorum et ingratorum affectuum diſparilis ratio. De interrogatorio: Ob Zeuge nicht lieber Klägern als Beklagten den glücklichen Ausgang des Proceſſes gönne? vide *Rhapsod. Obſerv. DCLXXXI.*

INIVRATVS TESTIS

Huic nihil creditur; ſi tamen poſtea de poſitionem iterum praelectam ſacramento roboraverit, idem eſt, ac ſi ab initio juraffet. Diſſentit *MYNSINGER cent. 4. Obſerv. 77. et LEYSER ſpec. 288. Med. II.* non ſine idonea ratione, (*Rhapsod. Obſerv. XCVIII.*) quae tamen nihil contra receptas opiniones valet. Caeterum teſtes non in ſcriptura, ſed corporaliter jurare debent, nam ſcriptum juramentum praefans habetur pro injurato.

INOPEs

ob! solam paupertatem non suspecti. Sapienter ille apud TERENCEM in Phormione :

*Qanta hæc mea paupertas est, tamen
Adhuc curavi unum hoc quidem, ut mihi
esset fides.*

Nempe Legem 3. ff. de testibus et Novel-
lam 110. de solis mendicantibus, qui va-
gantur, aut personis admodum vilibus ac-
cipimus. Nam etsi paupertas mala quam
plurima suadeat, tamen non omnes pau-
peres abjecti animi aut mendaces, nec:

*Quantum quisque sua nummorum servat in
arca,
Tantum habet et fidei.*

De interrogatorio: wie reich Zeuge sey?
vide Observationem Rhapsodiae nostrae
DCLXXXI.

INPVES

vide Impubes.

IN-

INQUISITVS

licet adhuc sub examine pendeat neque condemnatus sit, tamen suspectus est, nec omni exceptione major. *L. un. C. de reis postul. et cap. 56. X. de testib.* Qui absoluta inquisitione poenam luit, adeoque ab inquisitione non absolutus fuit, eodem modo habilis quidem, sed tantummodo semitestis est, atque majoris etiam auctoritatis et plane habilis, si non ob atrociam, sed levia crimina, v. c. delicta carnis, inquisitioni innexus fuerit. *MENKE Pand. lib. 3. tit. 2. §. 7.* Nam adimit quidem inquisitio honores, non autem omnem fidem, vid. infra verbum Tortus et Regulam superiorem VII. Multo minus infamis aut suspectus erit, qui in processu civili vel consistoriali delicti pro confesso et convicto declaratur, *WERNHER P. 8. Obs. 495.* vide tamen nostram Rhapsodiam Observat. DCLXXVI. De transigente super crimine haud capitali dicemus infra s. v. Transfigens.

INSTITOR

vide Kaufmansdiener.

JV.

JVDÆI

quoniam putantur perjurium contra Christianos flocci pendere, exceptioni locum dederunt doctrinae superius s. v. *Haereticus* traditae. Judaeus hodie baptizatus ad verum dicendum heri parum erat habilis, sed hodie, o rem mirabilem! subito fit idoneus; sic jura sancta volunt, ut una in hora mendax per adspersionem aquae veridicus evadat. Secundum haec jura, plenam probationem duo Judaei non aliter faciunt, quam si conspiret in eorum dicta consecrationalis quidam Christianus. *Weichbildi art. fin.* Ex quo porro doctores colligunt, ne quatuor quidem Judaeos plene probare. Nobis autem quatuor Judaeorum validum et plenum testimonium visum est. BOEHMER *J. E. P. tom. 4. lib. 5. tit. 6. §. 70.* Si autem inter solos Judaeos lis ventiletur, omni exceptione majus est Judaei testimonium, quoniam privilegiatus contra aequè privilegiatum non utitur suo privilegio; quae regula non solum de favorabilibus, verum etiam odiosis privilegiis valet. Si BOEHMERO fides, Judaei etiam in causis Christianorum inter se hodie testes plane habiles.

BOEH-

BOEHMER *J. Eccles. Prot. tom. 1. lib. 2. tit. 20. §. 3. pag. 1199.* Gaudeo, inter innumerabiles Jureconsultos unum tandem aliquando sapuisse Halensem. Nos de hoc argumento plura in Rhapsodia Obs. CCCL. afferemus, quae plane consulenda. Add. etiam supra *Haereticus.*

JVDEX

de his, quae coram ipso gesta sunt, valide testatur, nec durante officio suo jurare cogitur. *Decis. Elect. 3. ibique PHILIPPI Const. Crim. Carolina art. 91. J. P. S. lib. 1. art. 8. et lib. 3. art. 98. MENKE Pand. lib. 22. tit. 5. §. 10. et 18.* sed abdicato judiciali officio jurabit, si ultro se sistat, nam finito officio cogi non potest, ut testimonium dicat, ne aut pejerare aut propriam turpitudinem detegere teneatur. Durante autem officio scriptum testimonium judicem in margine adjicere quotidie videmus, et adigendus ad id, si fortasse deneget. Quid autem, si judex non in tribunali, sed inter privatos parietes quid viderit, an in causa, de qua judicat, testis esse potest? Admittendus

dus vero. *L. 22. ff. de testib.* WERNHER
P. 1. Observ. 301. Sed tunc jurare tene-
 ter, licet quibusdam insolens et naturali
 juri contrarium videatur, ut idem homo
 simul judex et testis sit, adeoque eum re-
 pellant propterea, quod secundum acta et
 probata, non secundum propriam suam
 scientiam, judicare debeat. MEVIVS *P. 5.*
Decis. 357. LYNKER *Decis. 1332.* Sed au-
 diendum puto, quia intra parietes priva-
 tos judex non est, nec insolens in jure,
 unum hominem interdum sustinere duas
 personas. (*Rhapsod. Observ. CCCCXI. et*
CCLXXXV.) Si contra actuariorum
 registraturas indicia falsi afferantur, quo-
 modo procedendum sit? *Rhapsodiae Ob-*
serv. XX. demonstravit. Judicis in causa
 suorum propinquorum attestaciones aut nul-
 lae, aut suspectae, MEVIVS *P. 8. Dec. 212.*
 multoque magis ejus registraturae publi-
 cam fidem facient, si ipse litiget, ut in
Rhapsodia Obs. CCLXXXV. et Observa-
tione DLXXXVI. demonstravimus. No-
 ta etiam hoc: Judicis testimonium, nisi
 ex actis illud desumat, nec specificice de
 singulis actibus, sed generaliter tantum
 et quasi in folle ferat, parum probare. *Cap.*
28. X.

28. X. de testib. Decis. Electoralis 3. Adde
 quae diximus f. v. Gerichtsherr et f. v.
 Arbiter, item f. v. Commissarius et No-
 tarius.

JVRAMENTVM

vide supra Injuratus.

IUSTITIARIVS

est officialis et amicus nobilis; non ergo
 in causa ejus omni exceptione major.
 Interdum tamen nostra superior Regula I.
 et VIII. exceptionem suggerit. Vide plu-
 ra f. v. Officialis et supra f. v. Gerichtshal-
 ter, et f. v. Judex, et f. v. Actuarius.

K.

Kaufmansdiener

Junge, Markthelfer. Hi omnes merca-
 torum ministri, cum in aedibus domini
 alantur, regula quidem vult, ut tan-
 quam domestici aliquam, ne tamen omni-
 no plenam, fidem habeant, ut f. v. Famu-
 lus dictum est. Quod tamen negotia
 mercantilia attinet, favore commercio-
 rum

rum introductum, ut plenam fidem habeant, si quidem quotidie evenire soleat, ut mercator, librum mercatorium producens et insuper tabernae suae ministrum testem jungens, plene probasse dicatur. BARTH. *Hodeg. Forens. c. 2. §. 7. lit. c. p. 470.* RIVIN. *tit. 22. Enunc. 21.* In aliis negotiis autem, quae tabernam non spectant, si mercator eos producat, non habentur plenae fidei, quoniam favor commerciorum cessat. Inhabilis autem prorsus Institor, qui negotiationi universaliter praeponitur, durante officio, quoniam sua quodammodo causa agitur, atque dominus ipse institorque una eademque persona putantur. Finito negotio non omnino quidem est inhabilis, sed vix semiplene probat. Eodem modo se res habet, si exercitor magistrum navis testem producat. Neque dominus testis admittitur in causa institoris mercantili, quoniam causa est plane sua. Adde, quae exposuimus s. v. *Famulus.*

L.

LÆSVS

vide Vulneratus.

Laden:

Ladendiener

vide Kaufmansdiener.

LAICVS

contra clericum est testis omni exceptione major, sublato penitus stulto *capitulo 14. X. de testib.* Parochianus contra parochum cogi potest in causa civili et vice versa. *Vid. etiam Clericus.*

LEGATARIVS

in testamento testis esse potest, quoniam id potissimum heredem et testatorem, legatarios vero non principaliter sed demum per consequentiam, tangit. *BERGER Oecon. Juris lib. 2. tit. 4. th. 3. n. 1.* At in codicillis praecipue res agitur legatiorum, adeoque non possunt in causa propria testari. Nam *§. II. I. qui testam. fac. poss.* atque aliae leges, quae legatariis testimonium permittunt, agunt tantummodo de testamentis, non de codicillis. *LVDOVICI Doctrin. Pand. lib. 29. tit. 7. §. 3. HORN class. 7. resp. 9. n. 6. STRYK Vj. Mod. lib. 29. tit. 7. §. 7. qui BRVNNEMANNVM* aliosque autores laudat, atque hanc

F

opi-

opinionem receptam dicit, etiam si MEN-
KENIVS dissentiat. Quod enim in testa-
mentis legatarii testes admittuntur, valde
est singulare et Regulae IV. superiori pla-
ne contrarium, adeoque nullo modo am-
pliandum, sed potius restringendum
quam maxime; ergo maneat hoc incon-
cussum, legatarios non posse in codicillis
testes adhiberi.

Lehrjunge

vide Kaufmansdiener, Boethus et Opifex.

LENONES et LENÆ

multo improbiore, quam ipsae mere-
trices. Vix ergo semitestes doctoribus
plerisque videntur. Adde supra s. v.
Complex.

LEVIS NOTÆ MACVLA

contemptum parit, non perfidiae suspicio-
nem. Neque enim ex delicto, sed ex
fordido vitae genere haec macula oritur.
Ergo ea notati testes sunt omni exceptio-
ne majores, profligata jamdudum, de in-
honestate eorum, ridicula philosophia.
(Rhap-

Rhapsod. Obs. DCLXXXI.) Quid enim, anne ex illicito coitu natus, quia parentes peccarunt, ipse non integrae frontis? aut anne is, qui uxorem ducit ab alio vitiatam, ideo non veridicus, aut testis non omni exceptione major erit? cum, ut infra docebimus, ipsa, quam ducit, vitiatata testis idonea et plena habeatur. Sic liberi ex adulterio geniti pleni testes. *L. 6. ff. de decurion.* Plura in antecedente Reg. VII. et VIII.

LIBERI

pro patre vel matre, etiamsi velint, non admittuntur, multo minus cogi possunt, *arg. L. 6. C. de testib.* sine discrimine naturalesne sint an legitimi? primi sive ulteriorum graduum? sive emancipati et separati, sive adoptivi? In causa inter extraneos autem naturales, ut s. v. *Levis notae* diximus, plene probant. Si filius inter parentes, hoc est pro patre contra matrem, aut pro matre contra patrem, testimonium dicere velit, admittendus quidem, cogi tamen non potest. Add. *Parentes, Adulterini, Spurii* etc.

F 2 Sed

Sed in causa patris contra filium, testem alterum filium non admisimus, quod responsum supra sub Regula IX. invenitur. An in defensione parentum criminis accusatorum plene probent? disquisivimus in Rhapsodia Obs. CXXII.

LIBERTI

contra patronum, etiamsi turpiter velint, repelluntur, *L. 12. C. de testib.* adeoque cogi non possunt.

LICTORES

omni exceptione majores, vide *Rhapsod. Obs. CLI.* et supra f. v. *Levis notae.*

LITIS Consortes

vid. Consortes.

LITIS DENUNCIATUS

sive venditor, propter metuendam evictionem, a litis denunciante contra evincentem produci nequit. Contra autem litis denunciati testimonium contra litis denunciantem sive emptorem admittitur, in primis si pronunciatum fuerit antea: daß
die

die unternommene Litis-Denunciatio nicht
stat hat. Adde infra f. v. *Venditor*.

LOCATOR

vid. *Conductor*.

LVCIVM

habentes. Vide superiorem Regulam IV.

LVCTVS

annum non servantes viduae omni ex-
ceptione majores, cujus rei rationem ex
Regula VII. haurias.

M.

MAGISTRI

vid. *Vniversitas* et *Exercitor*, inprimis ve-
ro *Rhapsodiae Observationem DLXXVII.*
num. 20. 21. 22. 23.

MANDATARIVS

vid. *Procurator* et *Proxeneta*.

Markthelfer

vide Kaufmansdiener.

Marktschreyer

sunt ex genere Scenicorum, quod verbum
inferius consulas.

MARITVS

vid. Conjuges.

MATER

vid. Parentes et Liberi.

MEDICVS

si semel juravit, ei de rebus ad artem
suam pertinentibus fides plena habetur si-
ne jurejurando. *Const. Crim. Carol. art.*
147. L. 6. C. de re militari. Si tamen vel
levissima negligentiae vel fraudis suspicio,
jurare cogitur. *Vid. Artifices.*

MEMBRA

universitatis. *Vide Univerfitas.*

MEN-

MENDICANTES

non omni exceptione maiores, immo si
validi et ebriosi sint; imprimis vagabun-
di, quoniam pudore amisso illis nihil tur-
pe, ne quidem dimidium, ut ita dicam,
testimonium loquuntur. Aliter se res ha-
bet in pauperibus haud vagantibus. Vi-
de supra *f. v. Inopes.*

MENNONITAE

mercatorium suum librum, si plenam fi-
dem habere debeat, jurejurando confir-
mare tenentur; item jusjurandum defe-
rentes de calumnia jurare, quoniam in
eorum arbitrio positum erat, utrum hoc
probandi medium eligere, an per testes
petitionem corroborare vellent? RIVIN.
tit. 18. Enunciat. 134. MENKE *Process. tit.*
24. thes. 7. not. 1. Si autem testes produ-
cantur, inhumanum foret, eos cogere; cer-
te hoc multo magis absurdum, quam si
Turcicus iudex me per Mahomedem jura-
re adigat. WISSENBACH. *Disp. ad Pandect.*
thes. 21. Itaque in testimoniis sufficient
verba ab iis pronunciata: Mit wahren
Worten an Eynes stat.

MERCATORVM

ministri. Vid. Kaufmansdiener.

MERCENARII

vide Famuli.

MERETRIX

est plane inhabilis jure Romano. *L. 3. ff. de testib.* Hodie publicae meretrices, quae apud aedilem nomina profiteantur, nullae, ergo impudicae adhibentur testimonio, licet non omni exceptione majores sint. Nempe de scortis publicis loquor, quae vendunt amplexus, non commodant. Quae autem quaestum in lupanari corpore non fecerunt, sed alias honeste viventes, utut bina aut etiam tria supra passae fuerint, meretrices non esse, sapientissimus ACCVRSIVS in glossa docuit, qui ait: eam demum meretricem dici, quae 23000. homines admiserit. Unde quae sunt privatim vitiatae, omni exceptione majores. BERGER *Oecon. Jur. lib. I. tit. 2. thes. 13. num. 4. et in Respons. P. I. pag. 444.* HARPRECHT *Comment. Instit. de inoffic. testam. n. 31. pag. 1092.*

PVE-

PVFFENDORF *Vol. 2. Obs. 18.* FÄRLICH
Decis. 299. num. 7. ESBACH *ad Carpz.*
Part. I. constit. 16. defin. 48. WILDVOGEL
Resp. 196. num. 4. ibi: Dennoch aber und
 dieweil nicht eine jede Weibesperson, so zu
 Falle kommet, für eine Hure oder für unehr-
 lich zu achten. Sentit etiam nobiscum
 CARPZOV *P. 2. constit. 6. defin. 14. n. 6. et*
 PISTORIVS *in Paroemia:* Kirchenbuße ist kein
 Staupbesen, nec non OELRICHS *in Schedias-*
mate: Daß eine geschwängerte Jungfer
 keine Hure, und Jungferkinder nicht Hur-
 finder, *Stettini 1766. edito.* Vide etiam in-
 fra f. v. Stuprata, item Regulam VII. et
 VIII. et Rhapsod. *Obs. CCCLIX.*

MILITES

vid. Commilitones.

MIMI

vide Scenici.

MINORES

Iure Romano in causa criminali pro æ-
 cusatore minores viginti annis testari pro-
 hibentur. *L. 20. ff. de testib.* Hodie pu-
 beres,

beres, h. e. XVIII. annos nati, in causa tam civili, quam criminali, ad iudicium faciendum plene probant, *Rhapsod. Obs. LXXXI.* licet BERGER in *Elect. Criminal. P. 1. Obs. 47. et P. 2. Obs. 175.* tantum semiplenam fidem in criminalibus ad condemnandum attribuat, unde supra notanter diximus: *ad iudicium faciendum.* In atrocibus delictis secundum quosdam doctores etiam pueri XIV. annorum jurare possunt, si velint, neque tamen iis plena fides. *Rhapsod. Obs. LXXXI. et CCV.* Breviores hic sumus, quoniam s. v. *Pubes* item *Pu- bertati proximus, Impuberes et Infantes* prolixius hanc doctrinam exposuimus.

MOLITOR

si de aqua quaestio fit, in causa vicini molitoris testis est inhabilis, propter commodum ad ipsum redundans, secundum illud: *Es hat kein Schäfer Weibe genug, und kein Müller Wasser genug.* V. infra s. v. *Pastor et Regulam superio- rem IV.*

MORI-

MORIBVNDVS

vide **Vulneratus**.

MVTVS

examinari potest et jurare interveniente scriptura, *arg. cap. 23. X. de Sponsal. et tunc plene probat.* De eo autem, qui simul surdus et mutus est, videatur **Surdus**.

N.**NATVRALES**

liberi in causa tertii sunt omni exceptione majores. Vid. *Levis notae macula*. In causa patris, multoque magis matris, testes plane nulli, vid. **Liberi**.

NATVURALISTA

vid. **Haereticus**.

NEGANTES

In criminali causa testibus duobus super negativa deponentibus plus credit **CARPZOVIVS P. I. qu. 33. num. 43**, quam mille affirmantibus. Hoc certum est, testi factum *proprium*

prium neganti plenissimam fidem haberi, etiam in civili causa. Diximus de negationibus testium plura in *Rhapsodia Observ. XLVIII*. Ut in perplexa de testium negantium auctoritate meam sententiam breviter dicam, et, quae in laudata Observatione pluribus deduxi, concise in regulam memoriae insigendam includam, ita sentio: Testis, si in causa civili amplius nihil dicat, quam pure et simpliciter neget, et testes ex adverso affirmantes adsint, nihil agit. Si vero rationem afferat, quare neget, ad hanc rationem, non ad negationem respicimus. Nam negativam propositionem affirmare, et affirmativam propositionem negare, novum non est. *Rhapsod. Obs. XLVIII. Add. Dubitans.*

NEPOTES

Neptesque in causa avi et aviae testes plane inhabiles. Vid. *Liberi*.

NESCIENS

eiusdem auctoritatis, quam *Negans*, nam in causa aliena nescire est negare. *Add. Dubitans.*

NO-

NOTARII

in negotiis commissis testes plane inhabiles, ob poenam, si quid in instrumenti solennibus neglexerint, metuendam, *Rec. Imp. d. a. 1512. tit. 1. §. 2. et tit. 2. §. 12. nec cogi possunt, MENKE Pand. lib. 22. tit. 5. §. 16. CARPZ. lib. 3. Resp. 90.* Caeterum, notarii instrumentum in causa consanguineorum suorum fidem non facit. *MEVIUS P. 8. Dec. 212.* Vide supra f. v. Advocatus et Iudex.

NOVERCA

testis plane inhabilis in causa privigni. Excipe causas matrimoniales. Vid. *Vitricus et Affines.*

NVRVS

testis plane inhabilis in causa soceri. Vid. *Affinitas et Socer.*

O.

OBSTETRIX

in causis Lucinae plene probat, nisi fortasse negligentiae poenas metuat. Adde *Artifices.*

OC.

OCCISVS

vid. *Vulneratus*.

OFFICIALES

sunt mercenarii, adeoque in causa sui principalis aut collegii sui non omni exceptione majores, vid. *Famulus*, *Consiliarius*, *Miles*.

OPIFICES

in causa collegii, vide *Vniversitas et Artifices*.

OPINANS

vid. *Rhapsodia Observat. DCXVI. n. 7. et DCLXXXI. num. 14.*

P.

PARENTES

cujuscunque lineae aut gradus cogi nequeunt. MENKE *Pänd. lib. 22. tit. 5. §. 17.* immo in causa civili pro liberis repellendi etiam volentes, *L. 6. C. de testib. naturales aequae, quam legitimi et adoptivi, nec refert, an liberi emancipati fuerint, nec ne?* WERNHER *P. 2. Obs. 445.* RICHTER *Decis.*

Decif. 31. num. 17. ibi: Daß Klägerin Vater und Mutter, wider ihre Tochter, Zeugniß zu geben nicht schuldig; da auch gleich Klägerin Eltern wider sie gutwillig zeugen wolten, wären sie doch in Rechten nicht zuläßig. Excipe causas matrimoniales cap. 3. X. qui matrim. accus. poss. CARPZOV P. I. Const. 16. Defn. 49. Item in causa dotis admittuntur, ut supra sub verbo Consanguinei diximus. Neque tamen tunc sunt omni exceprione majores. WERNHER P. 4. Obs. 159. Alias exceptiones vide in MENKENII Pandect. lib. 22. tit. 5. §. II. Adde supra f. v. Liberi. In causa criminali contra liberos plane produci nequeunt, nec cogi. Pro liberis an plene probent, disceptatur in Rhapsodia nostra Observ. CXXII. In causa civili autem parentes pro uno filio contra alterum non solum admittuntur, si velint; sed etiam cogi possunt, LEYSER spec. 283. Med. 27. et plene probant. Mirabuntur nonnulli, BERGERVM Suppl. P. I. ad E. D. F. tit. 5. §. 2. p. 356. statutare: parentum testimonium, etiam injuratum, in criminali iudicio causam jurijurando purgatorio dare posse. Sed nihil in hac re mirabile.

PA.

PAROCHVS

in causa ecclesiae suae non repellitur, licet tantum semiplene probet. *Cap. 6. et 12. X. de testib.* Quod si autem res ita sit comparata, vt ex hoc immediate commodum speret, adeoque causa ecclesiae magis sua videatur, quam ecclesiae, quia ad eum lucrum redundat; plane inhabilis est. GONZALEZ TELLEZ *ad citat. cap. 6. num. 7. in fin.* Caeterum vid. *Clericus.*

PASTOR

ovium de possessione pascendi inhabilis, er mag das Gemenge der Schafe haben oder nicht, propter affectionem ad causam. (vid. Regul. IV.) Ipsi enim interest, ut oves bene curentur, nec marescant. Nunquam ergo pascua pastoribus sufficiunt. HERTIVS in *Paroemia*: Es hat kein Müller Wasser genug, und kein Schäfer Weide genug. *Add. Parochus.*

PATER

vide *Parentes.*

PATRINI

vid. *Cognatio Spiritualis.*

PA.

PATRONVS

cogi non potest in causa liberti; ergo si velit, est suspectus, secundum Regulam III.

PATRVS

femitestis. Attamen si vidua illata reprensens defuncti mariti fratrem contra liberos testem producat, plenam fidem habet propterea, quod utrinque idem prope modum amor. Caeterum adde *Consumguineos*.

PAUPERES

vide Inopes.

PERIVRII

confessi nihil omnino probant.

PRESBYTERI

quatenus testes esse possint in causa ecclesiae? vide s. v. Parochi.

PRIVIGNI

vide Affinitas.

G

PRO-

PROCVRATOR

in negotio gesto testis plane inhabilis, *cap. fin. de testib. in 6to*, quoniam mandatarius propter metuendam actionem mandati, si quid neglexerit, fere semper in causa propria testatur. Sunt sane mandatarii facta quasi mandantis propria, vide supra f. v. Advocatus et Notarius, et infra Proxeneta.

PRODIGVS

nemo est, nisi cui bonis interdictum. Is non causa in omni, sed tantummodo in testamento inhabilis. *f. 6. Inst. de test. ord.* In caeteris causis admittitur. Nec enim per omnia furioso comparandus, *L. II. f. I. ff. de dol. mal.* sed tunc demum, quando paciscendo se obligat, aut bona alienat; in caeteris negotiis jure communi utitur. *L. 6. ff. de verb. oblig.* Interea tamen ob corruptionis suspicionem et levitatem animi non omni exceptione major videtur. Hoc tamen certum, plusquam semiplene probare. De qua re in Projecto Codicis Fredericiani Marchici ita scriptum est: *Diejenigen, so pro prodigis declariret, sind bey Testamenten unzulässig. In andern*
Ca=

Sachen werden sie admittiret, sie seynd aber nicht omni exceptione majores. *Vide supra s. v. Decoctores.* Caeterum in doctrina de testibus non commodum a testamentis ad contractus argumentum duci, jam supra s. v. Haeticus et Furiosus dictum.

PROFESSORES

vide Vniversitas.

PROXENETÆ

quousque inter emtorem et venditorem testes esse possint, prolixè disputavi in Rhapsodia Obs. CLXI. Add. *Procurator.*

PVBERES

in materia de testimonio dicendo, sine sexus discrimine, dicuntur XVIII. annos egressi, neque enim hic inter plenam et minus plenam pubertatem distinguimus. Hi plene probant in civili causa, in criminali autem, imprimis ad poenam capitalem infligendam, viginti annorum esse debent. *L. 20. ff. de testib.* Sed ad indicium faciendum plenarie probant. *Rhapsod. Obs. LXXXI.* Pubertati proximi sunt,

qui decimum cum dimidio annum superarunt, five mares five foeminae. Tales regulariter plane repelluntur in causa criminali, *L. 2. L. 3. §. 8. ff. de testib.* CARPZ. *Prax. Crim. lib. 2. qu. 114. n. 41.* licet in sui defensionem ad purgatorium homines XIV. annorum admittantur, ut diximus in *Rhaph. Obs. CCV. in fin.* Eodem modo fere nulla auctoritas pubertati proximorum in causa civili, quia jurare nondum possunt, nam jusjurandum impuberis nullius esse ponderis, *ex authentica Sacramenta Puberum C. si advers. vend. et O. P. R. tit. 18. §. 4.* colligitur. Nihilominus in atrocissimis delictis, (quale non est adulterium, ne duplicatum quidem, non est incestus,) testem, quatuordecim annorum interdum admisimus, tam marem, quam foeminam, *arg. Can. 16. caus. 22. quaeft. 5. L. 26. ff. de jurejur.* Cogi tamen hac aetate nemo potest. MENKE *Pandect. lib. 22. tit. 5. §. 6.* adeo, ut ne quidem ad Vrphedam adstringantur. TEVTSCHER FLAVIVS s. v. Urrphede, et *Rhaph. Obs. CCV.* Ex quo sequitur, hujusmodi testes XIV. annorum in his, de quibus diximus, atrocissimis delictis omni exceptione non majores,

res, sed nondum semiplenos esse, pro reo autem plene probare. *Rhapsod. Observat. LXXXI. et CXXII.* Caeterum pubes factus potest valide testari de rebus, quas in ea aetate vidit, qua pubertati erat proximus, non de iis rebus, quas infans aut infantiae proximus vidit. *Plura s. v. Infantes et Impuberes et Minores.*

PVPILLVS

inhabilis in causa tutoris durante tutela. BERGER *Oecon. Jur. lib. 4. th. 24. §. 3.* CARPZ. *P. I. Const. 16. Defin. 57.* nec adeoque cogi potest. BERGER *Elect. Disc. For. tit. 22. Obs. I. n. I.* immo nec finita tutela admittendus de rebus ad ipsum pertinentibus, quas tutores durante tutela gesserunt. RIVINVS *tit. 22. Enunc. 22.* MEVIVS *ad I. Lubec. P. 5. tit. 7. art. 20. n. I.* WERNHER *P. 7. Obs. 17.* In caeteris autem tutoris rebus, tutela finita, testes sunt omni exceptione majores, sicuti et tutor plenus testis est finita tutela in rebus, quae ad administrationem tutelae nihil spectant. De pupillari aetate vide *Impuberes.* Adde etiam, quae sub verbo *Tutor et Curator* retulimus.

REGISTRATOR

vid. Iudex.

RELEGATI

ex Academia studiosi testes omni exceptione majores. MENKE *Pandect. lib. 3. tit. 2. §. 4.* Nec enim haec relegatio infamat. Caeteri autem relegati suspecti sunt, non plane inhabiles. Vid. s. v. *Inquisitus*. Immo relegationis tempore finito etiam infamiam finiri, adeoque talem testem exceptione majorem esse, statuit HORN *Cl. 12. Resp. 46.*

RELIGIONEM MUTANS

vide Haereticus.

REPROBATORIALES

sunt utiles actori adversario etiam si nihil probaverit, vide supra Regulam XI. et XII. et Rhapsodiam Obs. DVI.

S. SA-

S.

SACERDOS

vide Clericus.

SCENICI

licet infames hodie non sint (*Regul. VII.*) tamen ob levitatem vitae, si judici ita videatur, poterit eos aliquantulum suspectos, i. e. femiplenos, aut etiam plus quam femiplenos reputare, quod tamen de vilissimis intelligi cupio. Nam majores et nobiliores societates comoedorum a principe privilegiatae, tanquam corpora licita, nihil in se levitatis habent. Sane mense Februario 1767. Facultas Juridica Lipsiensis Joannem Ludovicum Starkium, qui in theatro Kochii privilegiato militaverat, Notarium publicum creare non dubitavit.

Schäfer

vide supra Pastor.

Schinder

vide Excoriator.

G 4

SECTA-

SECTATORES

in causis doctrinalibus magistri plane inhabiles, in cæteris valde suspecti. *Rhapsod. Obs. DLXXVII.*

Seiltänzer

vid. Scenici.

SEMIPLeni

quatuor plus probant quam duo pleni. *Rhapsodiae Observat. X. et supra Regulam XIII.*

SENATORES

in causa Senatus. vid. *Vniversitas.*

SENES

septuagenarii immo octogenarii cogendi. MENKE *Pand. lib. 22. tit. 5. §. 17.* Vt tamen in suis aedibus examinentur, jure petunt. MENKE *lib. 22. tit. 5. §. 19.*

SEPARATI CONIUGES

a thoro et mensa inhabiles contra alterum conjugem; post divortium plane interdum

terdum inhabiles, interdum non omni exceptione majores. Rhapsod. Obs. LXXVI.

SEPARATI LIBERI

vide Liberi.

SIMVLTANEE INVESTITI

in controversiis feodalibus, ob spem succedendi, pro vasallo penitus repellendi; est enim fere in causa propria testimonium eorum, quibus spes vel remotior lucri affulget, habentque illi ad causam haud levem affectionem. Eandem ob rationem nec cogi possunt, ut quasi contra se ipsos testimonium dicant, vid. Regula IV. et infra f. v. Vasallus.

SINGVLARES

h. e. duo homines, qui diversis temporibus aut diversis locis idem viderunt, plene non probant. *L. 21. in fin. ff. de testib. Cap. 24. et 47. X. de testib. CARPZOV P. I. Const. 16. defin. 40.* Eadem est in perpetratis delictis ratio, unde Iudicio criminali apud Erfurthenses Moguntino mense Junio 1777. respondimus: Obschon

nirgend in den Acten zweene Zeugen einen einzigen Umstand zusammen gesehen, sondern ein jeglicher Zeuge nur von besondern und einzeln Anzeichen aussaget, doch da alle die einzeln von ihnen bemerkten Begebenheiten auf das gerügte Verbrechen, gleichsam als ein von verschiedenen Duen einfallendes schwächere Licht, auf einen gemeinschaftlichen Mittelpunct abzielen, solche insgesamt der Stärke eines nähern Anzeichens fast beykommen, so ist ic. Qui non conveniunt in loco tempore aut aliis circumstantiis, saepe non tam sibi contradicunt, quam potius singulares putandi sunt. (*Rhapsod. Observ. CCLIX.*) Vide etiam Promtuarium nostrum s. v. *Testium Depositiones.*

SOCER et SOCRVS

contra generum aut nurum, sive duret sive solutum sit vinculum, non cogendi, L. 4. ff. de testib. MASCARDVS de Probat. conclus. 1364. num. 52. RIVINVS tit. 22. Enunc. 15. BARTH. Hodeget. pag. 157. licet BERGER in Oecon. Jur. lib. 4. tit. 24. th. 3. not. 10. dissentiat. Immo pro se invicem nec admittuntur volentes. MENKE
Pand.

Pand. lib. 22. tit. 5. §. II. et in Controvers. Jur. Dec. 4. controu. 9. RICHTER vol. 2. Conf. 173. num. fin. In causis tamen matrimonialibus, v. c. dotis, admittuntur, siquidem in his ne quidem parentes penitus exclusi; sunt tamen tunc quoque non omni exceptione majores. Vid. *Affinitas, Consanguinei, Parentes.* Adde etiam nostrum *Promptuarum* s. v. *Testium depositiones.*

SOCIUS

in causa societatis testis nullus. In aliis causis ad societatem non spectantibus omni exceptione major. Ex quo patet, omnium bonorum socios, v. c. conjuges, plane inhabiles esse. *Add. Complex.*

SOCIUS CRIMINIS

vide *Complex.*

SOROR

vide *Frater.*

SPONSA et SPONSUS

plane inhabiles, *L. 5. ff. de testib.* non solum inter se, sed etiam in causa parentum
v. c.

v. c. futuri Soceri. Nempe major in iis,
quam ipsis conjugibus, amor fervet. Vid.
Rhapsod. Observ. LXXVI.

*SPONSALIA BINA CONTRA-
HENTES*

hodie non sunt infames. (*Regul. VII.*)

SPONTE SE INGERENS

arg. L. 25. ff. de procurat. suspectus olim
videbatur, non hodie. Nisi forte, lucri
cupiditate vel odio ductum id munus sibi
asseruisse, ex conjecturis propius pateat.
Vtinam vero mihi liceret totum caput
sextum ex libro tertio Otii Semestris
LANGLAI hic inserere, quod inscriptum est:
*Testem non ideo minus idoneum esse, quod in-
jussus vel non citatus testimonium dixerit.* NO-
VIMUS LANGLAEI eruditum morem, ma-
teriam juris, in quam incidat, penitus ex-
hauriendi, et ubique in rebus forensibus ex
antiquitate Graeca et Romana exempla
innumerabilia afferendi. Adde *Rhapsod.*
Obs. DCLXXXI. ubi de interrogatorio:
Ob Zeuge sich selbst angebothen?

SPV-

SPVRII

omni exceptione majores. *L. 6. ff. de Decur.* Vid. supra f. v. *Levis nota.*

STVDIOSVS

vide *Vniversitas*, *Condiscipulus* et *Religatus.*

STVPRATA

non est meretrix, sed omni exceptione major. Vide multas doctorum auctoritates a nobis supra f. v. *Meretrix* laudatas.

Subalternen

vid. *Officialis* et *Vniversitas.*

SVBDITI

nón nisi semitestes. Nam, ut in *L. 5. C. de testib.* habetur: *Eos testes adhiberi oportet, qui omni gratiae et potentatui fiden. religioni judicariae debitam possint praepone- re,* vid. *Rhapsod. Obs. LVI.* Hodie semiplene probant, sive homagio exsoluti sint, sive non sint. Vid. supra f. v. *Famulus.* Nam si plane inhabiles dicere velimus,

linus, nunquam possit subditus cum camera principis, camera cum subdito litigare.

SVRDASTER

plene probat, inprimis si non simpliciter affirmet, sed respondendo quaestionem repetat.

SVRDI ET MVTI

testimonium ab interpretibus etiam juratis signa ejus capientibus relatum, si solum sit, plane nullum; quoniam jurisjurandi religionem in surditie nati non capiunt. Adeoque paululum saltem caeteris testibus opitulari possunt, ut in Regula X. diximus. Add. *Surdaster*.

SYNDICVS

in causa universitatis plane inhabilis testis, etiam deposito munere Syndicatus. Vid. infra *Vniversitas*.

T. TA.

T.

III

T.

TABERNA

vide Kaufmansdiener et Institor.

Tagelöhner

in causa locatoris operarum testis omni exceptione major. v. Famulus.

TESTAMENTARII

testes. Ab iis non semper argumentari possumus ad eos, qui contractibus interveniunt, vide supra f. v. *Haeretici et Legatarii*.

TORTI

qui equuleum superarunt et ab inquisitione absoluti sunt, habentur omni exceptione majores, ut tamen Regulam I. antecedentis Observationis iudex non plane extra oculos ponat. Add. *Inquisitus*.

TRANSIGENS

super delicto non capitali, putatur crimen commisisse. Itaque si delictum tale sit, quod aliquem intestabilem facit, talem

talem testem respuendum putant, licet ego non comprehendam, quomodo in tertii detrimentum hic fictio idem, quod veritas, operari possit? Erit plerisque tantummodo aliquantulum suspectus, mihi etiam plenus testis, ob ea, quae in Rhapsodia Obs. dicturi sumus. Nam si vera confessio delicti extrajudicialis neminem convincit, multo minus transactio.

TVRCA

vide Haereticus.

*TVRPITVDINEM PROPRIAM
CONFESSVRI*

Hic lector plane remittitur a nobis ad locum *Complex Delicti*. Caeterum jurisjurandi delationem in tali casu locum habere, diximus in Rhaps. Obs. CCLXII. In criminalibus testis turpitudinem confiteri cogitur ad defensionem, non ad inculpationem reorum, ut in Rhaps. Obs. DCLXXX. et Obs. DCLXXXI. n. 8. ex instituto demonstravimus, atque de regula: turpitudinem propriam confitenti haud credendum esse, disputavimus. Vide etiam *Rec. Imp. d. a.* 1654. *S.* 53.

TV-

TUTOR

pupillam ducens vel filio eam elocans in lite aliena, quae nec ipsum nec pupillam tangat, non plane inhabilis, sed tamen aliquantulum suspectus, dissentiente PVFFENDORFIO tom. 2. *Observ.* 194. qui plenam fidem attribuit, quia rationes legis Romanae, tam severe has nuptias coercentis, hodie cessare existimat, quoniam ob Recessum Imperii quotannis rationes reddere tutores cogantur, et has ipse magistratus exigit: a quo nostra superior Regula V. et VII. non penitus abludit. Caeterum tutoris et pupilli jura plane sunt reciproca; vide igitur verbum *Pupillus*. Inprimis tutor etiam deposito munere tunc est plane inhabilis, si in hac causa actorium quondam subscripserit, cum adhuc tutor esset. In iis rebus, quae post depositam tutelam gestae sunt, plena ei fides, in rebus autem durante tutela gestis repellendus, ut supra s. v. *Curator Sexus* innuimus. In causa universitatis, cujus pupillus membrum erat, tutori plurem quam semiplenam fidem attribuimus, immo omni exceptione majorem interdum

H

pu-

putavimus, quando hoc universitatis negotium tutelam nihil attingebat.

V.

VAGABVNDI

vide Mendicantes.

VARIANTES

De his dictum ex professo in Rhapsodia Obs. CCLIX.

VASALLI

in criminali causa cogi in Dominum non possunt. *II. F. 33. §. 1.* In civili, contra dominum admittuntur, licet *L. 12. C. de testib. et L. 4. ff. eod.* in primis vero textus *II. F. 33. §. 1.* obstare videatur. Nam cum in hoc postremo textu res in medio posita relinquatur, immo cogi posse vasallum, ex hoc ipso textu pateat, nihil aliud prohibitum, nisi spontanea oblatio. Saepius vidi in Curia provinciali vasallos testimonium dicere contra cameram, nec erit, qui propterea feloniae accusare, aut ad privationem feudi agere audeat. Non ergo tenentur vasalli deprecari testimonium.

nium. Sanè et hic, ut in multis aliis, hodie liberior vasallorum conditio, quam pristinis temporibus; sique licet subdito testimonium dicere contra dominum in civili causa, cur non et vasallo? In causâ feodali, quando lis inter dominum et vasallos, plene probant. *I. F. 10. Add. Simultanee investiti.*

VENDITOR

in causa evictionis, tanquam propria, ab emtore productus repellitur, etiamsi pactum de non praestanda evictione accesserit. Nihilominus enim hoc casu emtor, re evicta, pretium repetit. *L. II. §. fin. ff. de act. emt.* Si autem novo pacto, etiam hoc: ne pretium repetatur, promissum sit, admittendus quidem erit, neque tamen omni exceptione major est, ut supra s. v. *Donator* demonstravimus. Dissentit WERNHER *P. 2. Obs. 371. et LEYSER spec. 193. Medit. 12.* At vero si non ab emtore sed a tertio contra emtorem producat, testis est omni exceptione major. Cessat enim suspitionis causa. Vnde mense Octobri 1778. praefecto Misnensi respondimus: Die-

weil vorjezo nicht der Fal vorhanden, daß der Verkäufer für den Käufer aus-
sagen solle, sondern eine dritte Person den
Verkäufer wider den Käufer zum Zeu-
gen gebrauchen wil, mithin, wenn dieser
- dritte die Bedenklichkeiten, daß der Ver-
käufer eher des Käufers Freund seyn wer-
de, nicht selbst scheuet, sich Käufer ein
solches gefallen lassen muß, sintemalen die
Ursachen, weshalber der Verkäufer nicht
für den Käufer und von demselben zum
Zeugen aufgerufen werden darf, da sie
nur einseitig, alhier gänzlich wegfallen.
Vide *Regulam VI. XI. XII. Vendito-
rem in causa retractus legalis testem ha-
bilem esse, putat LEYSER spec. 93. Medit. 12.
quia in tali retractu obligatio evictionem
praestandi cessat. L. 27. C. de evict.*

VICINI

sunt, vt ait BARTOLVS, qui se invicem
clamantes audire possunt. Sunt autem
testes omni exceptione maiores,

VIDVA

VIDVA

intra annum luctus nubens omni exceptione major, multo magis viduus intra semestre aliam uxorem ducens. BERGER *Oec. Jur. lib. I. tit. 2. th. 13. n. 1.* Adde nostram superiorem Regulam VII.

VITRICI

et Soceri eadem ratio, nempe ut inadmissibilis sit, etiam dissoluto vinculo; at in dote et matrimonialibus admittendus, licet omni exceptione major non habeatur. Vid. *Affinitas.*

VNIVERSITAS

Membrum universitatis, si ex lite commoditas ad ipsum *immediate* quaedam redundare possit, plane non admittendum esse, omnes uno ore consentiunt, ob quartam, quam supra proposuimus, Regulam. Attamen si non *immediate*, sed *mediate* demum quaedam ei ex testimonio utilitas affluat, v. c. si senator in causa senatus super detractionis gabella, de jure patronatus, de finibus jurisdictionis etc. testimonium di-

cturus sit, collegii et universitatis membra primus, quantum scio, BARTOLVS admittit, arg. L. 7. §. 1. ff. quod cuiusve univers. nom. ubi verba: *Si quid universitati debetur, singulis non debetur, nec, quod debet universitas, singuli debent.* Deinde etiam tali in casu non repellendum, statuit BARBOSA in *Locis communibus* s. v. *Testis in fin.* et CARPZOVIVS *P. I. Constitution. 10. Def. 65.* Contra vero LEYSER *spec. 283. Med. 10.* negat se comprehendere, quomodo aliquid universitati utile sit, quod non et utile sit singulis, cum publica salus privatorum salutem firmet, et commodum commune etiam sit commodum singulorum. Nam et civem, qui nullam domum braxatoriam possideat, nec adeoque lucellum ex coquenda cerevisia immediatum speret, tamen gaudere, si in pago, ubi degit, melior cerevisia coquatur. Inter lucrum autem majus et minus non distinguendum esse, ipsa Regula nostra IV. docuit. Recte LEYSERVS quidem, attamen usus fori ideo, ut opinor, BARTOLVM sequitur, quoniam in causa universi-

verfi-

verſitatis ſaepius veritas alia ratione vix haberi poterit. In noſtro collegio ita diſtinguimus: Si nomen teſtis in Inſtrumento Syndicatus reperiatur, etiam in iis rebus, in quibus commodum ad ipſum nullum, ſed tantum ad univerſitatem ſpectat, plane eſt inhabilis, quomodo enim ſimul litigans et teſtis eſſe poſſit? Vnde ſaepiſſime ita pronunciaſimus: Diez weil der dritte Beweiszeuge das auf dem 63ſten Blatte befindliche Syndikat mit ausſtellen helfen, und alzuſehr in die Augen fallend, daß niemand Beflagten und eines Zeugens Stelle zugleich vertreten möge, wie denn auch, daß die Wahrheit auf andere Weiſe nicht zu erlangen, da die Gewiſſenrührung frey geſtanden, ſich keines Weges behaupten läſſet, ſo iſt N. in dieſer Sache zum Zeugnis unzuläſſig. Si autem Syndicatus Inſtrumentum ejus nomen non contineat, etiamſi ſit membrum univerſitatis, modo commodum non immediate ex teſtimonio ſuo ſperet, admittitur, ſi velit; cogi enim vix poſteſt. Vbi tamen probe obſervandum eſt, etiamſi admittatur, tamen non omni

exceptione majorem testem esse. Ni-
 mia enim iam anomalia est, admitti eum,
 nedum ergo plures irregularitates con-
 cedamus. Semper enim tales, sua
 quodammodo in causa, testes suspicio
 perfidiae premit. Non igitur videri de-
 bent omni exceptione majores. BERGER
El. Disc. For. tit. 22. Observat. I. not. 6.
 Immo vix soli admittendi, nisi simul alii
 testes, qui non sunt de universitate, illo-
 rum testimonium juvent. Tunc enim
 demum tolerantur minus idonei testes,
 si eorum dicta, per testes fide dignio-
 res firmantur. BARBOSA *in Loc. Comm.*
f. v. Testis, num. 6. Ergo si duo ejusmo-
 di convicani soli testes sunt, neque eos di-
 casterium plane rejiciat, faciunt tamen
 locum soli purgatorio, non suppleto-
 rio. Certe si, ut BERGER *P. I. Supplem.*
ad E. D. F. tit. 22. f. 2. probat, cogi non pos-
 sunt ad testimonium dicendum membra
 universitatis, neque etiam erunt testes
 omni exceptione majores. (*Regula III.*)
 Membrorum universitatis parentes non
 plane inhabiles, etiamsi liberi in Syndi-
 catus Instrumento obveniant nominati;
 fidem

fidem tamen faciunt valde exiguam. Immo etiam ipsi alimentarii, qui *Altväter* und *Auszügler* vocantur, ne quidem semper plenum testimonium dicunt, vt supra s. v. *Auszügler* et *Häusler* indicatum. Id omne tamen tantum intellige de Vniversitatibus, nam in aliis litis confortibus adeo indulgentes non sumus, sed eorum proximiores cognatos a testimonio repellimus.

VNICVS

testis plene probat de morte absentis, *Rhapsodiae Observat. DCLVI. et DCXCV. num. 13.* deinde in causis minutis, causis injuriarum, aliisque summariis, *CARPZOV. lib. 3. Resp. 94. num. 9.* item si de facto proprio deponat.

VSVRARIJ

vid. Foeneratores.

VTERINVS

vid. Frater,

H 5

VVL-

VULNERATI

contra vulnerantem testimonium admittitur, si morte confirmatum; neque tamen omni est exceptione majus. *Constitut. Criminalis Carolina art. 25. §. zum sechsten. L. 3. §. I. ff. ad Sct. Silan.* LEYSER *Spec. 600. Meditationem 44.* ita scripsit: Quae vulneratus contra vulnerantem etiam jurato perhibet, fidem exiguam habent, etsi is deinde ex vulnere moriatur. Ad torturam hoc testimonium non gravat, ut patet ex *Constitutione Inedita Augusti 27.* quam vide in *Rhapsod. Observ. CCCCLV.*

VXOR

vide Conjuges.

Z.

ZINGARI

tantam habent fidem, quam mendicantes validi, quod verbum in superioribus vide.

ZIN-

ZINZENDORFIANI

Quis vero hos haereticos putet, cum, ab Augustana confessione se non alienos esse, toties professi sint? Theologi, inquis, putant. O! vero si his damnandi licentia detur, credo, quod Melancthon jam suo tempore dicere solebat, vix Apostolum Paulum, si nunc viveret, flammam evasurum esse, cum unus orthodoxus alterum non raro haereseos reum agat, damnet, proscribat. Nam ut quisque eorum se sapienterem putat, eo facilius suspectos habet caeteros doctrina aut sanctitate vitae superiores. (*Rhapsod. Observation. CCCCLXXVIII.*)

Exempla in medio posita. Spondeo autem certissimis auguriis et summa auctoritate fretus, testamentum coram septem Herrenhuthianis, iisque professis et indubitatis conditum, firmissimo talo constiturum; immo, quod ipse Zinzendorffianus condidit, aut in quo talis heres scriptus sit, frustra impugnatum iri, quoniam princeps lege perlata eos

nun-

nunquam haereticos esse iussit. Hujus autem, utpote episcopi inter Evangelicos et pontificis maximi, iussus et lex publice perlata, non unius alteriusve theologi clamor, immo ne omnium quidem, orthodoxas facit doctrinas aut heterodoxas. Adde, quae supra s. v. *Haereticus* propositum fuit.

Zusammengebrachte Kinder
vide Comprivignos.

FINIS.



nc

Ko 2730

VD18

ULB Halle

3

005 724 97X



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

CATALOGVS
TESTIVM
ALPHABETICVS

*ex quo
agnoscitur, qui testes plane inhabiles,
qui semitestes, qui plus quam semitestes,
et qui semitestibus fide minores
sunt*

AVCTORE
CAROLO FERDINANDO
HOMMELIO
ORDINARIO LIPSIENSI.

P. 26.



KONFRIED
UNIVERS.
ZVHALLE

VRATISLAVIAE 1780.
APVD IOANNEM FRIDERICVM KORN
IN SVA OFFICINA LIBRARIA IN FORO
MAIORI PROPE REGIVM ZOLLAMT.